

Causa legati puri, aut conditionalis aduersus creditores, quibus res legata medio tempore per hæredem fuit hypothecata, quando in concursu præualere debeat: Quæ ve ratisit habenda fructuum legati conditionalis, vel ad certam diem, si pendentes sint, vel à solo separati: Et Vtrum quemadmodum dominium legati duobus successione relieti; recta via, et ipso iure, transit in primum legatarium: sic etiam transeat in secundum: Et denique de alijs questionibus, in quibus causa ereditorum aduersus legatarium in concursu præualeat, breuiter inquiritur, sed perfectè absolvitur.

## AMPLIATIO SEXTA.



MPLIATVR sexto regula præfat. de qua supra; ut procedat, & habeat locum in causa legati, si forte hæres, antequam rem legatam restituat, super ea aliquam hypothecam cōstituat: quia resoluta iure hypothecæ in ea contrafacto, legatario in concursu liberè restitui debet. Quæ resolutio ex duobus fundamentis probabilis sit: primò, quia hypotheca in re legata, aut fideicomissa, à iure prohibetur, ut probat text. in l. ultima: S. sed quia, C. communia delegat. quo loco Iureconsultus prædictæ prohibitionis rationem reddit, quia scilicet, Satis absurdum. Et irrationalibile est, rem, quam in bonis suis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ pignoris ve nomine obligare, vel manumittere, & alienam spem decipere.

Secundo ex eo probatur: nam hypotheca in re aliena constituta, nulla & inefficax est. l. i. S. i. ff. de pignor. l. quæ prædium, C. si aliqua res pignori data sit, Gait. de credito cap. 4. quæsito 7. num. 572. Dominus Ioannes Baptista de Larrea decis 20. num. 9. dominium enim legati recta via in legatarium absque traditione transfertur l. à Titio, ff. de furtis, l. 34. tit 9. partita 6. Bart. in l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell. num 7. Feregrinus de fideicommissis art. 49. num. 106. Egidius in l. ex hoc iure part. 2. cap. 12. differentia 5. num. 5. Costa de Scientia, & ignorantia inspect. 94. nu. 5. Giurba decis. 97. num. 6. Macerat. lib. 2. resolut. 44. n. 5.

Cancer. var. lib. 3. cap. 20. num. 19. Cald. de nominat, quest. 16. num. 23. Quod etiam iure antiquo digestorum decisum erat, ut habetur in d. l. à Titio, iuncto text. in l. s. tibi homo 88. S. cum seruus. ff. de legat. 2. & de iure nouiori canonizatum reperitur ex text. in l. 1. C. communia de legatis. vbi ne dum legatario rei vēdicatio fuit concessa, & consequenter dominium, sed etiam hypothecaria, & personalis actio ex testamento, exornant Feregrin. de fideicommiss. art. 45. num. 33. vbi quod sicut pro fideicommisso particulari competit reiudicatio, sic & pro legato, Fusar. de substit. fideicommiss. quest. 61. num. 10. Crassus in S. fideicommissum, quest. 46. num. 5. Dom. Praeses Valenzuela conf. 187. num. 58. Valast. consult. 194. num. 2. Quod indistinctè procedit nedium in legato vendicationis, sed etiam in legato damnationis, pro quo sola actio personalis digestorum tempore competebat: ut in d. l. 1. (illuc) personalem actionem. )

Pro cuius rei perfecta cognitione præfati oportet, quod licet de iure antiquo pro legato vendicationis, actio realis legatario competebat, & ipso iure dominium in ipsum transferebatur, ut constat ex iuribus paulo antem memoratis: pro legato tamen damnationis non aliter dominium transferebatur, quam si realis traditio fieret; atque ita sola actio personalis digestorum tempore competebat, usque ad nouam constitutionem Imperatoris, in d. l. 1, ac subinde hæres rem eo modo legatam poterat alienare, & alienatio valebat, & sola estimatio rei præstabatur legatario, quia ei deficiebat actio realis ad auocandam rem a tertio possessore: Pichardus in S. nostra autem institutis de legatis, num. 6. vbi quod etiam pro legato per sinendi modum, actio personalis dumtaxat competebat. Diversum erat in legato vendicationis, in quo, ut supra diximus, ipso iure dominium in legatarium transferebatur, d. l. à Titio, atque ita hæres non poterat rem sic legatam alienare in præiudicium legatarij, quia iam dominus erat, iuxta regulam text. in l. id quod nostrum, ff. de regulis iur. Menoch. de presumpt. lib. 5. presumpt. 97. num. 14. Thomas de Thomaset. regula 236. Valase. axiomat. iuris. lit Q. num. 31. Hoc autem (ut modo tetigi) postea emendatum est de iure nouiori, ex text. in d. l. 1. & in l. fin. S. sed quia nostra, eodem tit. vbi indistinctè, & alienatio prohibetur, & ex omnibus legatis in legatarium dominium adeò transfertur, ut nendum eidem reiudicatio competit, dicta l. 1. & docent supra citati, sed per consequens legatarius creditores hypothecarios resolutis hypothecis in concursu vincere debeat.

At hæc resolutio dubia, & anceps videtur, si attendatur, quod licet alienatio, seu hypotheca à iure prohibeatur, d. S. sed quia, & per consequens nulla fit, l. non dubium, C. de legibus. nihilominus tamen ex postfacto à indice ex æquitate sustineri debet, ne scilicet hæres qui alienauit, molestiam patiatur, & teneatur emptio.

emperori, alias creditoribus, de euictione, si legatarius rem legatam sic hypothecatam reuocare velit, & sic creditoribus estimari nem, seu pretium, soluere compellatur, ut voluit Bald. in lib. 1. s. res. num. 3. C. ad Trebel. ubi hoc in fideicommissio particulari defendit, sequuntur Bart. in l. 3. s. res, ff. eodem tit. nu. 2. & ibi Ias. num. 2. Dec. cons. 235. num. 16. & est communis.

Sed à priori sententia non necudas. Non enim alienatio, seu hypotheca legati, à iudice confirmari potest, ut aduersus communem docent Alexand. in d. l. 3. S. res, num. 101. Picus in l. in quartam, ff. ad l. falcid. num. 115. Ratio est, quia hypotheca, seu alienatio in prædictis terminis ex æquitate confirmari debet secundum communem, de qua supra: ergo ubi æquitas cessauerit, ne quaquam sustinebitur. Planè æquitas dictat ut hypotheca, seu alienatio non confirmetur in præiudicium legatarij, cui dominium est quæsum. d. l. à Titio, & in d. l. 1. contra regulam text. in d. l. id quod nostrum igitur.

Hec autem dominij translatio à nonnullis intelligi solet, ut fictè transeat à morte testatoris; verè autem ab adita hæreditate: quod probari videtur ex d. l. si tibi homo, sicut seruus (illic) ex die aditæ hæreditatis) quem text. sic ibi summat Bart. dicens rei legatæ dominiū à die aditæ hæreditatis verè transire notat Gregorius Lopez in d. l. 34. verbo el señorío, tradunt Couar. in cap. Raynaldus, s. 1. in princip. Dueñas regula 210. limit. 6. plures relati per Zeuallos commun. conira comm. quest. 758. ex num. 6.

Contrarium tamen, videlicet, dominium legati verè transire à morte testatoris, tenent plures quos refert Zeuallos proxime ex num. 4. ubi num. 9. infinitos citat Giurba, Macerat. Cancerius de quibus supra, num. 1. qui indistinctè admittunt legatum ipso iure, & recta via in legatarium à morte testatoris transire, quorum sententia de iure regio dubio procul verissima est, ex dicta l. 34. in illis verbis: E aun dezimos, que luego que el testador es muerto, passa el señorío de la cosa, que es an si mandada a aquél aquien es fecha la manda.) ubi Gregorius d. verbo, el señorío, hoc ipsum admittit per hanc legem, & per legem ordinamenti, quæ hodie est 1. tit. 4. lib. 5. recopil. ubi expressè dicitur quod legata debeantur, etiam hæreditate non adita, sequuntur Zeuallos dicto loco, num. 16. ubi quod hodie transit ipso iure dominium in legatariū, etiam si hæritas adita non sit, Angul. de melioratione in l. 5. titul. 4. lib. 5. recop. glos. 1. numer. 5. Gom. tom. 1. var. cap. 12. num. 21. circa finem, Matiens. in d. l. 1. gloss. 14. num. 23. & 31. Guttier. in l. nemo potest, ff. de legat. 2. num. 313. ex quorum dictis idem admittendum erit in dominio fructuum legati pure reliqui, quia à morte testatoris, quæ admodum & ipsum rei dominium, in legatarium transibunt, ut voluit Cald. de nominat. quest. 16. num. 25. glos. in l. Herennius, ff. de usuris. Giurba supra num. 3. Gut in d. l. nemo

potest, ff. de legat. 1. num. 368. Tusc. concl. 498. 7 num. 5. quidquid contrarium tenuerint Marisc. var. lib. 2. resolut. 96. num. 5 Menoch. cons. 105. num. 8. Viuius decisi. 266. num. 30. Giurba supra num. 5 Cald. num. 27. idque non obstante l. 37. tit. 9. par. 6. quæ contrarium decidit, ut expresse ibidem tenet Gregor. Lopez verbo frustus, quam abrogatam fuisse per d. l. 1. aperte sentire videtur. Cuius sententia confirmari potest ex his, quæ Angul. Gom. Gut. Matiens. Zeuall. & alij sapra, qui tam de iure communī, quam regio, dominium legati à morte testatoris in ipsum legatarium transire, hæreditate etiam non adita, indistinctè profiteretur: si enim dominium transit, à fortiori fructus ex re producti, qui pars rei censentur, l. fructus, ff. de rei uendie. l. in falcid. ff. ad leg. Falcid. Mart. Nouar. q. forens. lib. 1. q. 5 n. 6. Reinosus obseru. 16. num. 17. Menoch. cons. 300. num. 30. Gouuar. 1. var. cap. 3. numer. 2. Ex quo descendit, quod si res ipsa legata in specie apud debitorem communem decoctum inueniatur, fructusque ab eadem producti in specie extantes sint, siue iam collecti, & in horreis reconditi, quemadmodum legatarius ipse extinctis hypothecis super re ipsa contractis præferendus est, ex supra resolutis, sic etiam pro fructibus ab eadē productis, quantuncunque hæritas adita non sit, securè tuendus erit.

Nè dum autem dominium legati ipso iure, & recta via transit in legatarium, si vni relinquitur, sed etiam, si duobus successiue relicta sit, quia à primo in secundum ipso iure transferuntur. Licet enim Bald. in l. 2. lectura secunda, C. communia de legatis, contrarium admittat per text. in l. si quis usumfructum, ff. de usu fructu, subscribunt Paul. in d. l. 2. column. 1. Dueñas d. regula 210. limitat. 7. ubi plures refert: pars tamen, quæ affirmat, dominium in secundum legatarium ipso iure transfrerri, vèrior est, & tenenda, ut voluit Acursius in d. l. 2. verbo actiones, cum quo transeunt ibi Dinus, & Salicetus, Fulg. si in l. unum ex familia, s. sed si uno, ff. legat. 2. Michael Graffus receptarum, s. legatum, quæst. 69. plures quos refert, & sequitur Zeuallos supra quest. 793. num. 4. Barbosa in l. diuortio, 2. part. in princ. num. 10. Valasc consult. 394. num. 5 Gom. in l. 40. Tauri, num. 27. Mierez de maioratu p. 1. quest. 22. num. 11. Gom. in l. 40. Tauri numer. 24. Hermosilla in l. titul. 4. part. 5. glossa 2. num. 3.

Retenta igitur hac sententia, planè consequitur, quod si huiusmodi res sic legata in bonis primi legatarij, seu in tertium alias decoctum, alienata reperiatur; sicut in casibus præcedentibus primus legatarius, cuicunq; creditori hypothecario pro re ipsa, & fructibus præferendus est; sic etiam & iste secundus legatarius eadem prærogativa dubio probul fungi debet, quia in hoc casu bene intrat, & succedit regula nostra: resoluto, scilicet, iure datoris, resolui ius acceptoris, de quo in l. lex vigilii, ff. de pignoribus, & in specie probare videtur text. in l. grege, in princ. ff. eodem tit. (illic)

(illic) Statuliber quoque dari by potbea poterit, licet conditione existente evanescit pignus.

Intellige autem primo, superiorem resolutionem procedere in legato pure, secus in conditionali; quia nec interim causa legatarij aduersus creditores praeualebit, nec dominium ante impletam conditionem in legatarium translatum dicetur, l. si fur. ff. de usufructu, l. 21 tit. 9. part. 6. Zewallos supra quest. 798. num. 56, vnde est, quod si ancillæ relinquatur libertas sub conditione, filij nati ea pendente, sunt serui, & pertinent ad hæredem, l. 3. C. fideicommissarijs libertatibus, obseruat Dueñas d. regula 210. limitat. 8. Ratio est, quia hæres interim pendente conditione dominus est, l. generaliter, ff. qui, & à quibus, l. restituta, ff. ad Trebel. l. non ideo minus, ff reiudicat, l. quoties, C. donat. qua sub modo, cum traditis per Felician. de censibus lib. 2. cap. 3. num. 15,

Ex quo fonte dimanat, quod cum hæres interim dominus sit, si rem sub conditione legatum alienet, mero iure valet alienatio, d. l. vlt. s. fin autem, C. commun. de legatis, Vincentius Fusarius de substit. fideicommiss. quest. 553. num. 1. vbi quod legatarius interim dominium transfert, licet postea impleta conditione reuocetur res alienata, l. seruo legato 68. l. 1. ff. legat. 1. d. l. vlt. s. fin autem, & in l. sancimus, s. non autem, C. ad Trebel. Fusarius proxime. Dominus Ioannes Baptista de Larrea decision. Granat. disput. 83. num. 17. Felician. d. loco. Couar. lib. 1. var. cap. 8. num. 5. Surdus de alim. tit. 9. quest. 42. num. 4. nam alienatio rei legatae, interim dum pendet conditio, ita permitenda est hæredi, ne iniuriam patiatur legatarius. d. l. generaliter, s. vlt. quam sine dubio patetur si impleta postea conditione non posset alienationem reuocare: Quamuis enim in ultimis voluntatibus non retrotrahatur conditio. l. 1. s. sed vers. neque, ff. ad Sillanianum l. simater 11. l. eandem, vers. ni si forte, iuncte 15 vers. at si ex alia, ff. de exception. rei iudicatae, licet in contractibus contrarium obseruetur, l. necessario, s. quod si pendente, ff. de periculo, & commodo rei vendita, l. qui balneum 8. l. posterior, ff. qui potiores in pignore, quia in illis inspicimus initium contractus, & ex alijs rationibus, de quibus late Ias. in l. si is qui pro emptore ex num. 316. vbi Crotus num. 139. ff. de usu cap. Cagnolus, & alij in l. quæ legata, ff. de regulis iuris. Caesar Manento conf. 48. n. 5. Gom. tom. 2. var. cap. 11. num. 30. vers. attende. Barbosa in l. si mora. ff. solut. matrim. nu. 101. Hoc tamen procedit, quoad dominium, & frumentus rei legatae, quos testator qui conditionem apposuit, voluit medio tempore ad hæredem pertinere; & ideo dicuntur percepti ex iudicio, & voluntate testatoris, l. mulier 22. s. si bares, in fine, ff. ad Trebel. l. in fideicommiss. ff. eodem, l. quod bis verbis ff. legatis l. docent Pratis de interpretat. ultim. volunt. dubitat. 5. interpretat. 31. solut. 2. num 6. Gail. lib. 2. obseruat. 133. num. 1. Surdus decis. 271. Molina

de primogen. lib. 1. cap. 16. num. 27, Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 7. sit. 10. num. 7. Marescot. lib. 2. resolut. 96. num. 7. & 8. Menoch. conf. 1. num. 410. Giurba decis. 97 numer. 12. Ofase. decis. 171. numer. 5. Molina dissertatione 194.

Planè huiusmodi fructus ad hæredem non pertinerent, si conditio legati quoad dominium retrotraheretur: sed bene trahitur retro conditio, quo ad rescindendam alienationem seu hypothecam rei legatae medio tempore ab hærede factam. vt probat text. in d. s. fin autem (illic) Sciat quod conditione impleta ab initio causa in irritum deuocetur: & sic intelligenda est quasi neque scripta, neque penitus celebrata fuerit. ) vbi ita docuit Ias. in d. l. si is qui pro emptore, num. 315. Caesar Manento loco citato. Reinosus obseruat. 10. num. 5. Cald. de renouat. emphyteusi quest. 16. num. 15. & satis colligitur hec doctrina ex verbis Imperatoris in d. s. fin autem (illic) ab initio ) & (illic) quasi neque scripta, neque penitus celebrata fuerit. ) & ideo Iureconsultus in l. seruo legato, l. 1. ff. de legat. 1. agens de hoc, docuit non extingui legatum per alienationem hæredis, & posse legatarium rem vendicare; quæ vediatio non concederetur, nisi legati conditio traheretur retro quo ad effectum rescindendi factam alienationem: posset enim emptor allegare, quod venditio celebrata fuerat tempore habili, quia scilicet hæres dominium rei legatae adhuc retinebat: atque ita, quod legitimè factum fuerat, non erat ex superueniente casu reuocandum. caput, factum, de regulis iuris in sexto. Costa de facti scientia, & ignorantia inspectione 26. Surdus conf. 126. num. 11.

Ex quibus omnibus colligitur, quod licet dominium legati pure relitti, recta via, & ipso iure in legatarium transferatur; legati tamen 17 conditionalis dominium in ipsum legatarium non transit. Deinde, quod quamvis hypotheca, seu alienatio rei legatae pendente conditione mero iure valeat, & impleta postea conditione, quasi resoluto iure dantis, retractari possit: vt probatur in d. l. gregor. in princip. ff. de pignoribus. in proposito ramen, causa creditorum, interim dum conditio pendet, tueri debet. ex regul. tex. in l. Statius, s. Cornelio, ff. iure fisci.

Si vero legatum ad certam diem relinquatur, adhuc id ipsum dicendum videtur: hoc est, quod causa creditorum interim præualere debeat. Quod ex eo probatur: quamvis enim, quod attinet ad transmissionem, statim à morte testatoris cedat dies huius legati, licet ante aduentum illius diei certæ legatarius moriatur, ut probat text. in l. si post diem 5. vers. si vero, l. si dies 31. in princ. ff. quando dies legati cedat, quia præsens obligatio est, quamvis in die 18 differatur solutio, bonus text. in l. cent. sumis 45. ff. de verborum obligat. obseruat Costa lib. 1. selectarum, cap. 19. & 20. dominium tam rei legatae ad certam diem non transferatur in legatarium, antequam dies veniat, vt pro-

probat elegans text. in l. Sempronius Atalus  
26. ff. de usufructu legato. (illic) Sed usus-  
fructus nondum est hereditis, nisi cum domi-  
19 nium deducto usufructu prestito aduertit  
Costa d. cap. 20. num. 6. Ratio est, quia transla-  
tio domuij pertinet ad executionem legati.  
Cum igitur haeres non possit efficaciter conue-  
niri pro legatis ad diem certam relictis, ante-  
quam dies veniat, d. l. si dies. (illic) Sed ante  
diem peti non potest) ideo non transfertur do-  
minium in legatarium ante aduentum diei cer-  
tae, ita docuit Paulus in d. l. vlt. s. fin autem,  
num. 3. Vnde est, quod sicut haeres rem legata  
sub conditione, potest interim alienare, & hy-  
pothecare: & alienatio, & hypotheca valet, quia  
20 adhac dominus est, ut habetur in d. l. vlt. s. fin  
autem. & tradunt Fusarius de substitutione  
fideicommiss. quest. 553. num. 1. Dom. Ioannes  
Baptista de Larrea decis. Granat. 83. num. 17,  
& id est creditorū causa, interim dum conditio  
pedet, foueri debet, ut supra diximus: ita etiā  
valebit hypotheca, & alienatio illius rei, quia  
ad certam diem fuit legata, cum etiam in hoc  
casu ante aduentum diei haeres dominium le-  
gati retineat, d. l. Sempronius Atalus. & quia  
haeres ius suum alienare, & hypothecare intel-  
ligitur, iuxta text. in l. qui Tarbernas 32. ff. de  
contrahenda emptione, l. si domus 71. s. ultim.  
ff. legat l. l. peto 71. s. predium, ff. Idgas. 2.  
notant Paulus in d. s. predium. Ferdinand.  
Loases in l. filius familias, s. divi, ff. legat. 1.  
21 Fusar. quest. 527. num. 5. Deinde, quemadmo-  
dum existente conditione reuocatur alienatio,  
seu hypotheca rei legatæ. d. l. seruo legato, s. 1.  
d. s. fin autem, & per Ias. in d. l. si is qui pro  
emptore. Cæsar Manento cons. 48. num. 5. Re-  
nos. Cald. & alios de quibus supra. ita etiam  
reuocabitur hypotheca, quam haeres fecit ante  
aduentum diei, interim tamen causa credito-  
rum sustinebitur.

22 Sed caue ne erres: quia licet superior resolu-  
tio, attento iure antiquo, sustineri possit, in-  
specto tamen iure nouiori, de quo in d. l. vlt.  
s. sed quia C. communia de legatis, vera non  
est: nam inter legatum sub conditione, & lega-  
tum ad certam diem, discrimen constituendū  
23 est; quia in priori casu valet alienatio, & hy-  
potheca, ut probat text. in d. s. sub conditione,  
& ideo interim causa creditorum defenditur:  
diuersum procedit in secundo, quia alienatio,  
& hypotheca expressè prohibentur, d. s. sed  
quia, tenet Fusarius d. q. 553. num. 2. idcirco  
causa creditorum legatario perpetuo cedet.

24 Ratio differentiæ ea videtur, quia in legato  
ad certam diem, conditio semper adimpleri  
debet, & ideo transmissioni locus est, etiamsi  
ante aduentum diei legatarius diem extremum  
obliterit: non sic in legato conditionali, cum  
multa accidere possint ob quæ conditio non  
impleatur, ita Paulus in dicto s. sed quia,  
num. 3. Peregrinus de fidei commiss. articul. 40.  
num. 3.

Ex qua resolutione consequitur, quod licet  
is qui rem sub conditione reliquit ab herede  
25 emit, fructus ab ipsa perceptos suos faciat,

quia mero iure valuit venditio, & legè permie-  
tente emit, & in illis interim causa creditorum  
melior sit, iuxta supra tradita: diuersum erit  
dicendum in legato ad diem, quia nec is qui  
ab herede emit, fructus suos facit, nec credito-  
ri, cui res ipsa, & fructus ex ea percepti hypo-  
thecari fuerunt, aliqua in concursu prælatio  
indulgenda erit, propter legis resistantiam,  
qua huiusmodi legati alienationem expre-  
hibet d. s. sed quia: nam qui emit contra  
prohibitionem legis, male fidei possessor esse  
præsumitur, regula, qui contra, de regulis iuri-  
ris in sexto. l. quemadmodum, C. agricolis, &  
censitis lib. 11. & ideo fructus suos non facit.  
l. certum, C. rei uendicatione. & probatur in l. si  
predium, l. non solum, C. de pradijs minor, l.  
si fundus, l. quamquam, ff. de rebus eorum.  
Valasc. consult. 83. num. 3. Pinel. in l. 2. C. re-  
scind. 2. part. cap. 4. numer. 3. Castrus decis. 47.  
num. 1. Gama decis. 311. num. 1. Carrasc. ad le-  
ges regni, cap. 11. num. 93. nam fructus legati  
ad tempus medio tempore percepti, pertinent  
ad heredem. l. penult. & ibi Bart. ff. opt. le-  
gat. l. Paulus, ff. de usuris, l. in fideicommiss.  
l. quoties, ff. ad T rebel. Cancer. var. lib. 3. cap.  
20. num. 28. ubi num. 29. limitat, nisi dies le-  
gati appositus fuisset fauore legatarij, per  
text. in l. si si ita relictum, s. Pegasus, ff.  
legat. 2.

Si vero fructus sint pendentes, & legatum  
sub conditione sit relictum, an legatarij in  
totum lucro cedant, vel pro rata diuidendi sint  
26 inter heredem, & legatarium? utilis in pro-  
posito questio erit, si forte haeres decoixerit, vel  
alius qui ab eo causam habet, qui forte debi-  
tor communis est, & conditione impieta aduer-  
sus illius bona concursus fiat: nam si pro rata  
ad heredem scindit lucrem, dominium illorum  
pertinet, causa creditorum aduersus legatarij  
pro ea parte securè tuebitur: sin vero legatarij  
in totum lucro cedunt, contrarium erit dicen-  
dum, cum adimpta conditione quemadmo-  
dum dominium ad ipsum legatarium resolu-  
tis hypothecis renertitur, dicta l. seruo le-  
gato, s. 1. dicto s. fin autem. sic etiam do-  
minium fructuum insolidum ad ipsam perti-  
nebit.

27 Quæstio ista ad aliam celebrem, & quotidie  
in foro versantem reducēda videtur, quia quæritur,  
Vtrum fructus pendentes in rebus mai-  
oratus insolidum ad successorem pertineant,  
vel pro rata diuidendi sint inter heredes præ-  
decessoris, & ipsum successorem. In qua, par-  
tem, quæ fauet successor, veriorem, & rece-  
ptiorem esse dixit Barbosa 2. part. l. dimortio,  
28 in princ. num. 1. vers. sed bis. ff. solut. matr.  
quo loci latè contendit omnes fructus ad suc-  
cessorem maioratus pertinere, deductis tamen  
impensis à possessore prædefuncto factis, iuxta  
regulam l. fructus, ff. solut. matrim. & secun-  
dum illam in regio Senatu Lusitano iudicatum  
fuisse, refert Costa in quæstione patrui, &  
nepotis 3. part. num. 14. idem asserit Gama de-  
cis. 350. in fin. ubi in alia causa diuersa sic iu-  
dicatum fuisse in illo senatu affirmat. idem  
testa-

testatur Valasc de partitionibus, cap. 30. n. 14. & tandem num. 20. eam ut veriorem defendit, tam in maioratibus institutis in testamento, quam in contradicibus, contra Costam in hoc distinctionem facientem: eadem probat Pelaez de maioratu, lib. 4. quest. 24. num. 2. verissimam reputat, & late defendit Garzas de expensis cap. 16. num. 6. contra Molin. & alios Navar. in apologia de redditibus ecclesiasticis quest. 2. monitu. 15. num. 1. Et denique in puncto iuris veriorem esse dixit hanc sententiam, eamq; uti talem tuetur Escobar de ratione computat. 20. num. 11. cum seqq. qui tamquam afferit in hoc regno pertinaciter in forensibus tribunalibus amplectendam fore: plures refert D. Castillo in tractatu de usufructu, cap. 80. num. 6. plures etiam citat additio ad Molin de primogen. lib. 3. capit. 11. numer. 12. expressè Brito 3. part. capit. 2. de legato, numer. 28.

Contrariam tamen sententiam, videlicet, quod fructus rerum maioratus debeant prorata inter heredes ultimi possessoris, & sequentem successorem distribui, exemplo mari-  
ti in fructibus rerum dotalium, inducta decisione text. in d. l. diuertia, defendit Molina supra num. 12. Et licet contrarias sententias in supremis Hispaniarum conuentibus, latas esse affirmet; hanc tamen sententiam amplectens, maximam equitatem praeferrebit: & numero sequenti, quod in iustissimum esset, omnes fructus ad sequentem deuenire successorem, mortuo possessore, qui maioratus onera sustinuit ante illosum collectionem, si eo anno quo mortuus fuit, in ipso maioratu successit. Et tandem secundum hanc sententiam, quam se semper elegisse dicit, dum de similibus negotiis ageretur, num. 16. testatur plerumque absq; lite, & controversia plures fructuum divisiones factas fuisse. Subscribit ibidem additio, ubi quod lex Herennius, ff. de usuris, & lex defuncta, ff. de usufructu, procedunt in possessoribus ex causa lucrativa, ut sunt fideicommissarij, & usufructuarij, atque ita questionem maioratus ab illis longe distare, quia versatur in maioratus possessore, qui possidet ex titulo oneroso, veluti beneficiarius, prælatus, maritus, Peregrinus de fideicommiss. art. 49. numer. 101. Gregor. Lopez in l. 26. tit. 11. part. 4. glos. quantos, ad finem Pax in tractatu de tenuta cap. 11. num. 35. Burgos de Pace in proœmium legum Tauri num. 74. Molina de iustitia, & iure disput. 635. ex n. 10. Aiora de partitionibus 1. part. cap. 9. num. 6. plures refert D. Castillo d. cap. 80. num. 1. & num. 15. ab hac sententia non esse recedendum concludit Gut. Canonistarum lib. 1. cap. 33. num. 31. ubi ait quod secundum istam sententiam saepe consuluit, & cōsultum vidit per graues & doctos viros Aven- dañus s. responforum num. 5. ubi quod possessor maioratus, ex necessitate, post mortem 30 restituit maioratum successori; & quando restitutio sit ex necessitate, fructus prorata sunt diuidendi. Et tandem questionem hanc in Granateni prætorio semel incidisse, & secun-

dum præfatam opinionem iudicatum fuisse asserit: eandem sequitur Conar. lib. 1. var. cap. 15. num. fin. a qua sententia in iudicando, & consulendo non recedas.

Cæterum, quamuis fructus maioratus pro rata inter heredes ultimi possessoris, & nouum successorem, diuidendos esse, decidat magis 31 communis sententia: diuersum tamen erit obseruandum in questione supra tacta: quia omnes fructus pendentes (legatarij conditionalis lucro cedere debent, adueniente conditione, qua legatum fuit relicum, & consequenter causam creditorum legatario in totum cedere: quod expressè probatur ex text. in d. l. Herennius. ubi habetur, quod si testator reliquit fundum alicui, fructus integri pertinent ad fideicommissarium, ab eo tempore quo dominum acquisivit, quantuncunque ante diem cedentem major pars anni transacta sit: audi 32 Modestinum, Herennius Modestinus respondit: fructus qui post acquisitum ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere: licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterisse dicatur.) expendit Cagnolus in l. 2. numer. 160. ff. de pactis interemptorem, & venditorem.

33 Secundò, pro hac parte induci poterit text. in d. l. defuncta. dum probat, quod si fructuarius decebat fructibus iam collectis, illi pertinent in solidum ad heredes fractuarij: si vero decebat fructibus pendebus, etiam matutinis, non tanen collectis, nihil ex illis heredibus fractuarij præstandum sit, quia cum illius morte usufructus extinguatur, & consolidetur cum proprietate, fructus pendentes ad eum pertinebunt, ad quem res ipsa transit, s. is vero, institutis de rerum divisione.

34 Tertio adstipulatur, quia fructus pendentes pars rei censentur, l. fructus, ff. rei uendicat. ac subinde ad eum pertinere debent, ad quem res ipsa transit, l. si quis sciens, & ibi Bald. in princ. C. rei uendicat. Brito ubi supra at dominium legati adimpta conditione in legatarium transfertur, d. l. fin. 9. fin autem C. communia de legatis. & hanc sententiam admittere videtur Conar. loco supracitato, vers. vel sicuti fit in fideicommisso. & est de mente omnium Doctorum, quos supra citasti, existimantium fructus pendentes indistinctè ad successorem maioratus in solidum pertinere. Cui sententia in nostra specie libenter inhæret: quod utique admittendum etiam erit in pensionibus domū, quæ loco fructuum subrogātur, atque ideo ad eum pertinere debent ad

35 quem fructus spectare deberent, quamuis dies solutionis nondum venerit: quod probatur in d. l. defuncta. & tradunt Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 26. Barbosa, qui plures refert, ubi supra num. 22. Peregrin. d. art. 49. sentit Brito supra num. 18. ubi tamen notat differentiam inter fructus, & pensiones, per text. in l. Julianus, s. si fructibus, ff. acti, empti. Quod

# Regula Prima Ampliatio sexta

119

Quod ego intelligendum existimo, nisi pensio soluatur quolibet mense, vel ut vulgo per tereor, quia tunc pensio iam transacta ad successores hæredis, & sic ad creditores pertinet, quia huiusmodi fructus perinde haberi debent, ac si iam collecti essent, vt probatur in d. l. defuncta, vbi habetur, quod si fructuarius decedat fructibus iam collectis per colonum, pensio debita quæ loco fructuum subrogatur, pertinet ad hæredes fructuarij: sentit Barbosa in loco supra citato num. 23. vbi plures citat. Quibus tamen videntur repugnare, quæ tradit Brito proximè, quem vide. Quando autem fructus collecti dicantur, vide pereandem Barbosam ibidem à num. 26. & utrum hæres, aut possessor maioratus, aut fideicommissi conditionalis, ante diem, in præiudicium creditorum, & fisci illa restituere possit, vide text. in l. si ante, ff. ad Trebell. Dominus Ioannes Baptista de Larrea decis. 55. num. 25. vbi negatiue decidit; atque ita ut fructus interim percepti creditoribus adiudicandi sint, dixi infra regula 2. ampliat. 7. num. 160.

Sed iam eò reuertamur à quo digressi sumus; diximus enim, regulariter dominium legati à morte testatoris recta via & ipso iure transire in legatarium, præterquam in legato conditionali, & ad certam diem relieto, in quo dominum ante impletam conditionem, & aduentum diei non transferri resoluimus, sic limitata regula text. in d. l. à Titio. ac subinde causam creditorum interim meliorem esse: nunc vero prædictam regulam rursus limitare poteris, vt non procedat in legato optionis; in eo enim ante factam electionem dominium in legatarium non transfertur, l. apud Aufidum, ff. de 36 optione legata. Ratio est, quia in legato optionis nihil est in obligatione ante factam electionem, ita tenet Bart. in l. Julianus, ff. de legatis 1. Menchaca de successionum creatione, l. 17. num. 131. Michael Graffus receptarum, 37 l. legatum, quest. 69. num. 11. vbi numer. 12. idem affirmit in legato alternatiuo, vt quia plures res legantur alternatiue, per text. in l. busiusmodi de legatis 2. subscribit Menchaca in loco modo citato.

Id ipsum procedit in legato dotis: nam si mulier coniugata leget fundum dotalem, dominium illius in legatarium non transit, quia decisio legis in rebus, C. de iure dotium, iuxta quam dominium fundi dotalis ipso iure revertitur in dominium mulieris, de quo nos alibi dicemus, non procedit fauore ipsius hæredis, nec legatarij, siveque limitant Doctores regulam d. l. à Titio, docent Bald. de priuilegio dotis part. 11. quest. 5. num. 24. Zeuallas commun. contra commun. quest. 758. num. 24. vbi numeris sequentibus contrarium defendit; & tandem num. 28. in simili causa in Regali Cancellaria Pintiana contrarium decisum fuisse testatur: quinimo & in legato quantitatis nō transit dominium in legatarium, ita Ripa in l. 1. ff. legat. 1. num. 54. vbi Alciatus in princ. Bart. nu. 32. Parisius conf. 77. volum. 4. num. 2. Surdus de-

alimentis tit. 9. quest. 29. num. 19. vbi tamen quod transit ius petendi legatum; nam qui actionem habet, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem, ff. de regulis iuris.

Sed & in re hæredis adhuc limitatur regula d. l. à Titio, quia dominium legati non transit in legatarium, sicut in re propria, l. unum ex familia, s. si rem, ff. de legat. 2. & ibi gloss. Bart. & communiter Doctores. Gom. tom. 1. var. cap. 17. num. 14. Crassus d. quest. 69. num. 16. Menchaca supra s. 17. num. 132. vbi num. sequenti limitat etiam predictam regulam in legato ususfructus communis, vel regularis, secundum Ripam in l. 1. ff. de legat. 1. num. 60. & in legato ususfructus earum rerum quæ usu consumuntur, per Ripam in d. l. 1. num. 61. & quando quantum est in obligatione, & aliud in solutione, per Iasonem in d. l. 1. num. 119. quod ipse intelligit quādo plura erant in obligatione, quam in solutione: & num. sequenti limitat etiam, quando id quod legatur incertum est, declarandum tamen per hæredem, per Ias. in d. l. 1. n. 120. & n. 132. Limitat quoque in re legata nō expressam, sed tacite per Bart. in d. l. 1. ad finem, ff. legat. 1. sequitur Duetas, qui plures refert reg. 110. limit. 1 qui limitatione sequenti inquit, limitanda esse regulā d. l. à Titio, quando legatum conservatur de iure speciali, puta quando hæres repudiat hæreditatem, cum non habeat locum actio personalis ex testamento, nec etiam rei vendicatio, nec denique hypothecaria. cui in hoc, quod de hypothecaria dicit fauere videntur, quæ tradit Bald. in l. 1. in fin. num. 9. C. si quis omissa causa testamenti, vbi resoluti, quod si statuto caueatur quod legata debeantur etiam non adita hæreditate, quod in hoc casu bona defuncti non sunt obligata pro legatis; cum deficiente aditione hæreditatis, deficiat quasi contractus, & obligatio personalis ipsius hæredis; & cessante obligatione personali, deficit hypothecaria, quæ semper illis inhæret, & sine ea quæ est propriè ipsius obiectum, consistere non possit.

40 Sed in hoc contrarium tenuit Gregor. Lopez in l. 26. tit. 13. part 5. verbo obligados, dicens Baldi sententiam de iure regio non procedere. quinimo hypothecariam saltem utilem competere aduersus bona testatoris, cum detur officium indicis pro huismodi legatis, cui hypothecaria actio accedere potest, subscribunt Socinus in d. l. 1. num. 18. ff. de legat. 1. & de iure regio Gom. d. tom. cap. 12. nu. 11. Burgos de Pace in l. 3. Tauri num. 872. Spinus in speculo testament. gloss. 8. num. 2.

Nec obstat sententia Baldi in loco paulo ante citato. Primo namque respondetur, quod hypothecaria quandoque etiam sine personali actione inuenitur, vt constat ex l. 2. C. sol. pign. & probatur in l. ex sextante, s. Latinus, ff. de except. rei iudicat.

Respondetur secundo, quod etsi subiectum personalis actionis in hac specie hæres esse proponatur, ex eo quia hæreditatis aditione obli-

gatur,

gatur; in hac tamen re persona testatoris erit subiectum hypothecarię: sic respondit Burgos de Pace supra num. 394.

Verūm, quidquid in hypothecaria supra dicti admittant, in quo valde non insisto, quia ad materiam nostram parum, aut nihil utilitatis afferit, cum hypothecaria idetur dumtaxat aduersus bona testatoris, iuxta text. in d.l. 1.C. communia de legat. non vero aduersus bona hæreditis, ut per Manticam de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 17. num. 8. Fusar. de subslit. q. 6. 11. num. 4. Noguerol. allegat. 1. num. 73. Surd. lib. 2. conf. 195. num. 25. ac subinde, si causa legatarij, quæ lucrativa est, concurrat cum alijs creditoribus, qui aduersus bona testatoris, qua sorte effecta sint non soluendo, actionem hypothecariam seu alias personalem dirigant; semper illorum causa utpote onerosa, cause legatarij quæ lucrativa est, ubiq; præponi debet l. fin. 9. & si prefatam, C. de iure deliber. expendit Zenallos commun. contra commun. quæst. no 3. num. 30. sequuntur Castr. decis. Lusit. 16. nu. 3. Peregrin. de fidei commiss. art. 4. num. 6. cum traditis per Gut. de iurament. confirmat. 3. part. cap. 15. num. 19. & 20. Carrasco ad aliquas leges regni cap. 11. ex num. 216. Gait. de credit. cap. 4. quæ sitio 11. nu. 1235. in quæstione principali, quam pungit Dusnas circa limitationem d.l. à Titio, veram non esse constat, ex supra resolutis, ubi indistincte resoluimus, hæreditate etiam non adita, dominium legati in legatarium transferri, ex l. 1. titul. 4. lib. 5. recipiat.

At vero in casibus de quibus supra, & alijs, quos videre licebit per Menchacam, Dusnas, Crassum, & Gom. citatis locis, in quibus dominium ante traditionem non transferri resoluunt, causam creditorum, quibus res ipsa legata, seu alias hæreditaria per testatorem, oppignorata proponitur, legatario præferenda esse, hæsitari non debet; cùm iste causam lucrativam, illi vero causam onerosam prætendant, ex modo adductis.

Intelligendo tamen, si res hæreditaria seu legata apud hæredem inueniatur; secus si in tertium translata dicatur, & debitum tantum personale sit, vel alias personale priuilegium; quo casu in tertium actio personalis non transit, iuxta regulam text. in l. ult. §. fin. ff. de contrahend. empt. l. 1. s. si hæres, ff. ad Trebell. atque ita causa legatarij, utpote in hypotheca aduersus bona testatoris innitens (iuxta supra resoluta) in concursu melior & potior erit.

Secundo intellige, nisi hæres bona quæ à defuncto habuit hypothecas submisit, quia tunc causa legatarij melior indicabitur, in specie. Caesar Manento decis. 48. ex num. 4.

Intellige tertio, quod in illis casibus in quibus dominium legati in legatarium non transfertur, nec consequenter rei vendicatio competit: nihilominus tamen hypotheca in eadem re in omnem eventum dabitur, l. 1. s. nostra instit. de legat. ubi Pichardus num. 10. Valasco,

de iure empbit. quæst. 32. num. 21. Cald. de ex. tinct. cap. 4. num. 22. 41. Vtrum autem, si res legata in specie reperiatur in bonis hæreditis, qui post contractas hypothecas super illa re, forte decoxit, possint creditores ex persona hæreditis triginta annorum tempore aduersus legatarium causam suam defendere, merito dubitari potest, in quo dubio pars negativa eorum creditores suaderi potest, ex his quæ Anchiaranus conf. 139. in fin. Decius in cap. Ecclesia num. 26. de constitutionibus. Menchaca illustrum, quæst. 5. Messia de tassa panis, conclus. 1. num. 153. Costa in l. qui duos, s. cum in bello, verbo vendicare, num. 8. ff. de rebus dubijs; qui omnes aduersus legatarium præscriptionem triginta annorum fraudare non posse, efficaciter contendunt. Mouentur, quia legatum à morte testatoris ipso iure transfertur in legatarium, d.l. à Titio acque ita hæres semper videtur habere conscientiam rei alienæ; quo casu de iure canonico præscriptio non procedit. cap. fin. de præscriptionibus. & alibi dixi. Atque ita, cum hæres huiusmodi legatum ex prædicto tempore præscribere non possit, videtur dicendum creditores ex iure, & persona ipsius hæreditis in concursu non esse audiendos, sed legatarium rem legatam legitime vendicare posse.

Sed contraria sententia in favorem creditorum defendi potest ex traditis per Negantum de pignoribus 2. membro 6. part. nu. 22. plures relati per Tiraquellum lib. 1. retractus, §. 13. 6. glossa 2. num. 4. Conar in regula, possessor, part. 2. §. 11. nu. 5. Menoch. lib. 3. conf. 201. num. 35. Balbus de præscriptionibus 5. parte, 5. princip. quæst. 3. num. 3. Cancer. var. lib. 3. cap. 20. num. 62. Valasco. consult. 49. numer. 5. Spinus in speculo testam. glossa 8. numer. 65. Surd. decis. 26. num. 24. Barbosa in l. scut. C. præscript. triginta, vel quadragesima annorum, num. 142, qui ex eo mouerur: nam cum translatione, seu acquisitio dominij pendeat à voluntate legataris, qui legatum repudiare potest, l. seruum filij, s. 1. ff. de legat. 1. si per tantum tempus desinat petere, potest hæres credere illud noluisse acceptare; ac subinde bona fide præscribere poterit.

43 Ex quibus, hac sententia retenta in favorem creditorum, non obstat ratio supra considerata. Respondeatur enim, quod dominium, quod legatario queritur, est renocabile, quia habet eam tacitam conditionem, si legatarius acceptauerit, l. cum pater, s. surda, ubi glossa, ff. legat. 2. atque ita sequuta repudiatione, perinde habetur ac si nunquam fuisset quæsumus, d.l. seruum, §. 1. & de eo iudicandum erit quasi de iure querendo, non vero de iure quæsumus. Ita respondit Barbosa d. loco num. 146; cum quo plura ad materiam pertinentia latè prosequere.

44 Vtrum autem creditores pretium rei legatae contra prohibitionem legis alienatae in terminis dicta l. fin. §. sin autem; & §. sed quia repe-

# Regula prima Ampliatio septima

121

repetere possint, si ab eis per legatarium euincatur: vide per ea quæ dixi supra ampliatio ne tertia, eadem regula ex num. 29a vbi circa fideicommissum particulare materia latè di-

scutitur, quia utrobique aequalis prohibitiō datur, iuxta regulam text. in l. fin. 5 sed quia, & s. sin autem, C. communia de legat.

## S V M M A R I A.

- 1 Ius resolutuum regulae primæ procedit in re donata ab eo, qui post donationem factam filios suscepit.
- 2 Extenditur precedens resolutio, ad dotem ab extraneo datam.
- 3 Extraneus non tenetur dotare, & ideo donatio ab eo facta censetur titulus lucratius.
- 4 Donatio ab extraneo facta sine contemplatione alicuius certi, & determinati matrimonij, natis liberis revocatur.
- 5 Text. in l. ultima, C. de iure dotium declaratur.
- 6 Donatio, quae fit ex causa dotis tempore quo matrimonium contrahitur, censetur pars contractus dotalis, & ideo insinuatione non indiget.
- 7 Donatio ob causam permutatio censetur.
- 8 Text. in l. ultim. C. de iure dotium, iterum explicatur.
- 9 Resolutio superior ne dum procedit in filio ex legitimo matrimonio procreato, sed etiam in legitimo per subsequens matrimonium.
- 10 Quid dicendum in legitimo per rescriptum principis, remissiuē.
- 11 Procedit etiam in melioratione tertij uni ex filiis facta.
- 12 Ratio huius ampliationis redditur.
- 13 Si post factam donationem filius in tercio à patre donato hypothecam contraxerit, postea vero decoxit pater, & ipse & illius loco filii ex postfacto nati si pater diem extremum obierit, rem sic donatam libere vendicabunt.
- 14 Excitatur quaestio noua, utrum si pater in vita rem pro legitima filio assignauit, super ea medio tempore contrahit debita, & illo mortuo postea caeteri filii querelam in officio donationis emittant, quis in concursu praeferriri debeat.
- 15 De iure communi, donationes simplices, quas pater filio donabat, eo mortuo, caeteri fratribus conferre tenebatur.
- 16 Haec constitutio est correcta per legem 26. Tauri.
- 17 L. 29. Tauri declaratur.
- 18 Praedicta lex 29. habet locum tam in dote data, quam in promissa.
- 19 Communis intellectus ad dictam legem 29. arguitur.

- 20 Verba Valasei consultatione 188. ex num. 14 ad literam referuntur.
- 21 Lex 1. titulo 2. lib. 5. recopil. pro declaratio ne praedictæ legis Taurinæ inducitur.
- 22 Hodie attenta constitutione praedictæ l. 1. si filia dotata se à paterna haereditate abstinet, ad petitionem aliorum filiorum dotem conferre tenetur.
- 23 Decisio de qua in d. l. 1. procedit etiam in filiis.
- 24 Si dos data consistat in pecunia quam maritus bona fide consumpsit, ceteri filii pro excessu legitime dotem inofficiosam revocare non possunt:
- 25 Si maritus pecuniam in dotem datam bona fide consumpsit, nec alijs filiis conferre tenetur, nec creditores dotem à patre filiae datam revocabunt.
- 26 Quando dos data moniali monasterium ingressa, à creditoribus revocari possit, ostenditur.
- 27 Si res donatae filiis, aut alias in dotem date, absque dolo, & culpa filij perierint, nihil filio in legitimam imputatur.
- 28 Filii ius habent reale in bonis patris, & matris.
- 29 Filii, tanquam creditores in bonis patris, possunt revocare immense donatum ceteris filiis iuxtasent. Gomecij.
- 30 Refertur sententia illorum, qui dicunt, totū patrimonium patris pro legitima filiorum hypothecatum censeri.
- 31 Res in dotem data censetur mansisse in bonis patris.
- 32 Bona donata, seu in dotem data, censetur donata sub tacita conditione, si collatio sit tempore mortis parentum.
- 33 Quæstio supra tacita ad concursum creditorum applicata, ex paulo ante præmissis resoluitur.
- 34 Periculum semper perlinet ad illum, qui dominus est.
- 35 Intelligitur precedens resolutio, si bona sic donata in specie reperiuntur; secus si in pecunia.
- 36 Non inuenitur iure causum, quod fratres pro excessu legitime aduersus alta bona fratris, quae ex paterna successione ei minime obuenierunt, hypothecam, aut aliud ius reale habeant.
- 37 Revocatio legis, si unquam, habet locum, etiam si pater donationem in vita non revocauit, quia filii post illius mortem revocare recte poterunt.

Q

Præ-

- 38 Procedit etiam dispositio dicta legis, si unquam, in donatione surata.
- 39 Et in nominatione emphyteutica accepta pro se, & filiis.
- 40 Emphyteuta citra commissi pœnam servitatem realem, sive personalem ususfructus in suo dominio utili legitimè constituere poterit.
- 41 Emphyteusis accepta pro se, & filiis, & sic de pacto, & prouidentia, non renovatur.
- 42 Emphyteuta in hac donatione nihil de suo confort, & ideo nullam liberalitatem exercet.
- 43 Renovatio donationis in terminis dictæ legis si unquam, procedit si filii natum statim moriantur.
- 44 Haec sententia ex Valasco Lusitano defenditur.
- 45 Donatio facta Ecclesie, seu piae cause, solum revocatur, quo ad legitimam filiorum.
- 46 Si quis rem donauerit, cum pacto expresso se ipsum alendi, & medio tempore donatarius debita contraxerit hypothecaria. donans in concursu libere rem illam vendicabit.
- 47 Ampliatur praecedens resolutio, etiam si non apponatur pactum illud alendi donationem.
- 48 Et etiam, quando donator sine iudicio, & sententia rem recuperat.
- 49 Intelligitur, si donatarius iure suo uti noluit, nec causam defendat, cum posset propone exceptiones, quibuscum excludere posset causam donantis.
- 50 Sed & illi, qui causa mortis donationem fecit, & simul tradidit rem pacto adiecto ut si donans conualuisse, ei redderetur, utique rei uendicatio indulgenda erit, si donantem reconualuisse constituerit.
- 51 In quibus casibus ad propositum donationis causa mortis revocatur, remissiuè.

Patri quando filiis natis rem donationem ab hypothecis solutam è concursu libere vendicare fas sit. Et, Vtrum hypotheca constituta super re, quam pater in vita filio in legitimam assignauit, potior sit iure filiorum, qui titulo in officio donationis eam reuocare intendunt. Quodque ius competit ei, qui rem donauit, pacto expresso se ipsum alendi. Et de alijs questionibus ad intellectum l. si unquam, C. revocandis donationibus pertinentibus, nouiter, Et ingeniosè in hac ampliatione disceptatur.

## AMPLIATIO SEPTIMA.



MPLIATVR septimo regula nostræ præfationis, vt illud ipsum ius procedat, & habeat locum in fauorem patris, qui post donationem factam filios suscepit. Qued ex eo probatur: nam eo ipso quod post factam donationem pater filios suscepit, ipso iure donatione revocata censetur, & dominum in ipsum patrem transfertur, vt probat text. in l.8. tit.4. partita 5. l. si unquam, C. revocandis donationibus ( illic ) Totum quid quid clargitus est, revertitur. ) docent ibi Tiraquellus verbo revertatur, in princip. qui in numeros allegat. Gab. commun. opinioni conclus. 2. num. 5. Valasc. consult. 31. numer. 5. Gam. decis. 240. in fin Fontanel. de pactis nupt. tom. 2. claus. 8. part. 3. num. 40. Hermosilla in d. 1. 8. glos. 9. & 10. ex num. 1. & ibi Gregorius Lopez. Gom. tom 2. var. cap. 4. num. 12. Bernard. Dias regula 215. ampliat. 5. atque ita hypotheca, & onus rei donatæ impositum resoluuntur, & res libera ad priorem dominum revertitur, in specie Tiraquell. proxime num. 330. Fontanella d. loco num. 72. vbi allegat Cancerium, Jacobum Ferrer, & alios. Hermosilla in l. 67. tit. 5. part. 5. glossa 1. num. 19. cum traditis per Noguerol. allegat. 22. ex num. 45. Garziam. de hypotheca post contractum, fere per totum. Dominus Iannes Baptista de Larrea decision. Granat. 76. num. 25. Surdus decis. 286. num. 11. Militat enim ratio, in qua nostra regula innititur: nā resoluto iure datoris, & sic patris, resolutur ius acceptoris; & sic donatarij, iux. text. in l. lex vedigal. ff. de pignoribus, & in l. si res, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvit, & in l. 4. s. sed & Marcellus, ff. de in diem addit.

Extende primo, praecedentem resolutionem procedere in re dotali extraneo data; illa enim ex dispositione prædictorum iurium, filiorum natuitate revocata censetur, & consequenter creditorum hypotheca patri rem suā sic donatam è concursu vendicanti, non nocet. Cui sententiæ fauent quie Alex. præcipius huius tententiæ auctor, cons. 71. lib. 4. sequuntur Barbosa in l. 2. ff. solut. matrim. part. 1. nu. 167 Guttier. de iurament. confirmatorio 1. p. cap. 9. num. 7. Gallo de potest. aligend. capit. 12. num. 5. Fontanella d. part. 3. num. 78. Castrus decis. 28. num. 3. Baeza de non melior, capit. 9. num. 67. Micerz de maiorat. 1. part. q. 10. nu. 53. Valasc. supra num. 4. Gregor. Lopez in d. 1. 8. in glos. dieſe.

Sed oblitat, quod donatione facta ex causa dotis, respectu mariti, videtur titulus onerosus, l. pro oneribus, C. de iure dotum, l. ultim.

# Regula prima Ampliatio septima

123

5. si à socero, ff. quæ in fraudem credit. notant  
Ursillus in additionibus ad Affidatum decis.  
86. Fontanella de pact. nupt. tom. 2. claus. 5.  
glos. 8. ex num. 84. Vnde dicendum videtur,  
saltē constante matrimonio, ius illud aduer-  
sus creditores non competere: qui forte rem  
hypothecatam per generum defendere conan-  
tur, ex his quæ Faber. coniect. lib. 7. cap. 15 post  
mediumt. Molina de iustit. disput. 282. in fin.  
Moros præses Pedemontan. respons. 43. quem  
sequitur additio ad Franchis, decisione 25.  
num. 8.

Nihilominus tamen dicendum est, decisio-  
nem d.l. si unquam generaliter, & indistinctè  
procedere, ut per Valasc. Guttier. Barbos. &  
alios modo citatos. Ratio est: quia cum ex  
3 traneus non teneatur dotare, sed solus pater,  
l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum. donatio  
hæc censetur mera liberalitas, & titulus lucra-  
tiuus, qui a donari videtur, quod nullo iure  
cogente conceditur, l. donari. ff. de regulis iu-  
ris. docent Bart. in d. l fin. 5. si à socero. Ol-  
dendorpius in tractat. de iure singulari, Ca-  
strus. Barbos. & Valasc. citat. locis. & impu-  
ter sibi maritus, qui cogitare debuit talem  
donationem reuocari posse ex dispositione prædi-  
ctorum iurium.

4 Quod securius procedat, si proponatur do-  
natio facta ab extraneo causa dotis, sine con-  
templatione alicuius certi, & determinati ma-  
trimonij, & eo respectu fiat, vt puella, cui dos  
promittitur, melius nubere possit: quia dona-  
tio ista mera liberalitas, & simplex donatio  
est, quo ad omnes iuris effectus, atque ideo nō  
solum retroabitur, susceptis postea liberis, ex  
dispositione d.l. si unquam, verum etiam si non  
suscipientur, erit nulla in excessu, si non  
interueniat insinuatio, de qua in l. sanctius. C.  
de donationibus l. 9. tit. 4. partita 5. s. alia in sti-  
de donat. Zeuallos commun. contra communes  
quaest. 222. ex nu. 1. Dueñas regula 224. Gut-  
tier. de iurament confirm. 3. par. cap. 15. num. 34  
Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 72. Gratian.  
discept forens. cap. 162. num. 5. Hermosilla in  
d.l. 9. tit. 4. glossa 15. numer. 1. Mattens. in l. 7.  
tit. 10. lib. 5. recopilat. glossa num. 6. licet re-  
fragars videatur text. in l. ultim. C. de iure do-  
tium. quo loco deciditur, quod si dos data  
fuerit ab extraneo, neque ex parte mariti, neq;  
ex parte mulieris insinuatio requiritur: quod  
in specie admittunt Gam. decis. 120. & ibi Flo-  
res de Mena, Faber in suo C. lib. 3. definit. 6. nu.  
14. Grat. discept. forens. cap. 157. nu. 6. Hermosit.  
iu d.l. 9. tit. 4. par. 5. gloss. 15. num. 11. Monter. à  
Cueua decis. 10. num. 1. Palat. in rubr. 5. 2. n. 2.

5 Sed contraria sententia verior videtur; nec  
obstat text. in d. l. vlt. i. quia solum habebit lo-  
cum quando donatio ex causa dotis fit tempo-  
re, quo matrimonium celebratur; quo casu cū  
iudicetur pars contractus dotalis, nimisrum si  
insinuazione non indigeat, vt post alios opti-  
me resoluti Tellus Fernandez in l. 17. Tauri,  
num. 72. dicensum procedit si extraneus donet  
sine contemplatione alicuius certi, & determi-  
nati matrimonij; quo casu maritus, cum quo

nihil actum fuit, conqueri non potest: elegan-  
ter Barbosa 7. part. l. 1. ff. solut. matrim. nu. 32.  
Vers. pro concordia legendus. ex nu. 29. vers. de-  
nique, & in l. 2. s. quod si in patris, ex num. 4.  
vers. item. ex predictis legendus etiam usque  
ad nu. 7. inclusuè.

Nec obstat, quod Barbosa supra locutus vi-  
detur, quando donatio facta propenitit gra-  
tia matrimonij contrahendi filii in potestate  
constitutæ quo ad eius valorem, quo casu do-  
natio valet l. Pompon. s. familiæ erciscunda,  
Franchis decis. 436. num. 5. Anton. Faber in  
suo C. lib. 8. tit. 34. de donat. definit. 1. Menoch.  
cons. 92. nu. 77. Mario Mutu decis. 15 n. 5. Ca-  
millo Borr. in summa decis. tom 3. tit. 5. nu. 216.  
Morguecho de divisione honorum lib. 3. capit. 6:  
num. 81.

Adhuc enim prædicta distincio certi, seu  
incerti matrimonij admittenda erit, si agatur  
de requisito in situationis; vt, scilicet, non re-  
quiratur in donatione, quæ sit ex causa alicuius  
matrimonij de proximo contrahendi; bene-  
tamen petatur quando sine respectu, & con-  
templatione alicuius certi matrimonij facta  
proponitur. Etenim, qua ratione priuilegia  
dotis sunt communia donationi factæ gratia  
matrimonij de proximo contrahendi: & dene-  
gantur eidem donationi, quando non est de  
proximo contrahendum cum certa persona  
ita ut primo casu valeat inter patrem, & si iam  
in potestate constituent, in secundo vero casu  
iure non subsistat, vt eleganter docet Barbosa  
vbi proxime; eademmet concludendum erit  
non valere sine insinuacione donationem factam  
ex causa dotis, si fiat sine respectu, & contem-  
platione contrahendi matrimonium cum cer-  
ta persona, de quo vide. Barbos in dicta  
part. 7. nu. 30. vers. pro qua Tellum in d.l. 17  
num. 70.

Nec scrupulum iniiciat, donationem ob  
causam non indigere insinuatione, vt docent  
glos. Bart. & communiter Doctores in l. Aqui-  
lius Regulus, ff. de donat. Tiraquellus in d. l. si  
unquam, verbo donatione largitus; num. 143.  
Gam. decis. 213. vbi agit de donatione causa  
dotis. Guttier. de iuramento confirm. 3. part.  
cap. 15. nu. 34. Molina de primogen. lib. 2. cap. 8.  
num. 16. Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 72.  
num. 4. Nam donatio ob causam, permutation  
censetur, propter onus quod ei adjicitur, ve  
probat text. in l. sed, & si lege 25. S. consul-  
uit, post principium ff. de petitione haeredi-  
tatis, (ibi) Velut genus quoddam permutationis  
hoc effet.) Guttier. supra. At permutation, qui est  
contractus onerosus, insinuazione non indiget  
vt de se patet: igitur.

Satisfit enim, si dicas, illud habere locum, si  
causa adiecta donationi respicit utilitatem  
donantis, atque ita liberalitatem excludit. ve-  
luti si aliquid donetur ea lege, & conditione,  
vt donatori alimenta præstentur; vt in exem-  
pto l. 1. C. de donat. quae sub modo, de qua Ale-  
xander cons. 12. volum. 1. Riminald. in d. l. insit.  
de donat. num. 149. Corduba in l. si quis à libe-  
ris, s. stram. num. 19. ff. de liberis agnosc. Grat.  
discip.

discip. forns. cap. 386. in prine. Surd. ubi supra num. 4. Diuersum procedit, si causa quæ adiicitur, non respicit utilitatem donantis, neque illius liberalitatem excludit, Ias. in l. sed et si quis, in istis de actionibus. Et aperte probatur hæc resolutio in l. si extraneus 33. ff. de iure dotium. notat Guttier. dicto loco num. 35. Vnde cum donatio dotis ab extraneo facta, utilitatem donantis non respiciat; nequè etiā per eam liberalitas donantis excludatur, præsertim si fiat sine contemplatione alicuius certi & determinati matrimonij; aperte deducitur esse meram, & liberalem donationem, & consequenter insinuatione indigere.

8 Nec prædictis refragatur text. in d. l. vlt. C. de iure dotium. Quia (ut supradixi) habet locum quando dos præmittitur marito; nam licet respectu mulieris donationem contineat, & titulum lucratium, d. l. ultima, s. si à fœtero cum censeatur pars contractus dotalis, idcirco insinuatione non indiget, vt obseruat Guido Papa decis. 145. ad fin, quem refert, & sequitur Tellus in d. l. 17. nu. 70. & 71. Sicq; in proposita specie superior ampliatio, seu extensio aduersus creditores hypothecarios in concursu sustinenda erit.

9 Amplia secundo superiore resolutionem ne dum procedere in filio ex legitimo matrimonio procreato, sed etiam in legitimo per subsequens matrimonium. Etenim resolutis hypothecis, donatio hæc à patre facta reuocari poterit. Hæc resolutio probatur ex his quæ Ripa in d. l. si unquam, num. 30. ubi Tiraquel. verbo suscepit, num 52. comprobant D. Castillo controvers. lib. 3. cap. 31. num. 93. Dueñas regula 353. ampliat 15. ubi innumeros allegat, Boerius decis. 159. num. 12. Zeuallios commun. quæst. 2. num. 29. & quæst. 606. num. 13. Gutt. ius S. sui, num. 180. de heredum qualitate, & differentia, Garzia in tract. de nobilit. glossa 21. num. 55. plures refert. Gregor. Lopez. in d. l. 8. glos. de su legitima. licet dubius hoc cogito tandem relinquat. Hermosilla in l. 8. glossa 7. tit. 4. part. 5. num. 13. Quid autem dicendum sit in legitimo per rescriptum principis, vide Gut. de iurament. confirmat. 1 part. cap. 9. nu. 3. Zeuall. d. q. 3. ex nu. 29. Cald. in l. si curatorem, verbo sine curatore, nu. 56. S. restit. in integrum Martham decis. 165. nu. 13. Hermosilla ubi proxime num. 11. decis. Pedemontana 120. & 121. Spinum in speculo testamentorum glossa 21. num. 58;

11 Amplia tertio, resolutionem, de qua supra, procedere in melioratione tertij, vni ex filiis facta; illa enim aliis filiis ex postfacto natis in totum reuocatur, ex dispositione d. l. si unquam, & in d. l. 8. nam cum melioratio ista respiciat commodum omnium filiorum, non est credendum patrem voluisse habere effectum in meliorato antequam omnes filii nascerentur. Ex quibus partem, quæ filiis fauet, tuerunt Bernardus Dias regula 213. limitatione 4. Greg. Lopez in d. l. 8. verbo oþro. Parladorus regum quotid. cap. 7. ad finem, Barbosa, qui plures refert in d. l. 2. part. 1. num. 169. Angulo in tit. delat-

mejoras glossa 1. num. 37. Hermosilla in d. l. 8. glossa 5. num. 7. quidquid hanc renocationem dumtaxat competere quoad excessum in legitima, voluerint Conar. lib. 1. variar. cap. 19. n. 11. Castillo in l. 12. Tauri verbo, siguiente, col. 5. Baeza de non meliorandis filiabus cap. 9 n. 47. Molina de primog. lib. 4. cap. 2. num. 31. D. Castillo controvers. lib. 2. cap. 13. num. 41. et 42. et alii quos refert Hermosilla dicto loco, num. 8. Dic igitur, quod si post factam alicuius rei donationem; & filio traditam in terminis l. 1. tit. 6. lib. 5. recop. lat. & in ea medio tempore aliqua hypotheca fuerit contracta, semper causa patris, aut filiorum, qui ex postfacto nascuntur, 13 si pater diem extremum obierit, erit in cursu præferenda,

Quid si pater aliquam rem filio tradidit, quæ ei pro dote, aut legitima in vita assignauit, super qua medio tempore debita contraxit, postea vero mortuo patre, ceteri filii aduersus fratrem decoctum in officiosa donationis querelam emittunt; instant creditores, pro debitorum suorum exactione. Quæritur, quis in 14 hac re in concursu præferendus erit. Pro huic questione resolutiones, quam in proposito à nomine tactam vidi,

Noto primo, quod de iure authenticorum, donationes simplices, quas pater filio claritus erat, patre mortuo, ceteris, filiis conferre tenebatur, ut notat Bart. in l. 1. 5 neque, col. 4. 15 ff. de collat. Valase. de partitionibus, cap. 14. num. 23. lex regia 3. tit. 4. part. 5. quod posterum correctum est per l. 2. 6. Tauri, iuxta quam donationes simplices filio in legitimam non imputantur, sed in eis tertio, aut quinto bonorum filius melioratus censemur; docent Matiens in l. 10. tit. 6. lib. 5. recop. glossa 1. num. 2. et ibi Angulo glossa 1. num. 1. Hermosilla in l. 2. tit. 3. part. 5. glossa 3. num. 19. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 3. part. 5. glossa 3. Picard. in s. quæda actiones, in istis de actionibus, in tractatu de collat. art. 1.

Nec obstat l. 29. Tauri, dum expresse decidit, quod dos, & donatio propter nuptias, & alias donationes conferantur. Quia debet intelligi de donationibus similibus superioribus, de quibus in prædictis legibus, scilicet, ob causam dotis. Quæ quidem concordia communis Doctorum calculo recipitur, ut per Gom. in d. l. 29. num. 29. Suarez in l. quoniam in prioribus, quæst. 5. num. 9. Vabaso. supra quæst. 13. num. 82. Morquinho de divisione honorum lib. 2. cap. 1. num. 42. Auendanus in d. l. 29. glossa 3. numer. 4. Hermosilla loco paulo ante citato, num. 20. Parladorus differentia 150. num. 6. in fine.

In hac autem donatione simplici, ut attendatur an excedat tertium, & quintum honorum, & sic in officiosa sit legitimæ aliorum filiorum, semper inspicitur tempus mortis patris, ut expresse cauetur in d. l. 29. Diuersum procedit in donatione ob causam dotis: in ea enim conceditur electio ei qui dotem accepit (ad hoc ut in officiosa non dicatur) vel tempus donationis factæ, vel tempus mortis patris, ut habetur

# Regula prima Ampliatio septima

125

tur in d.l.29. vnde si à principio, & sic tempore facta donationis, ipsa donatio inofficiosa non esset, utpote quia tunc remanebant bona dominantis, ex quibus legitimas aliorum filiorum solueret, sed postmodum tempore mortis patris reperitur, quod quæ ultra donata remaneat bona, non sufficiunt ad eas legitimas solvendas, vel quia fortè sic patrimonium diminutum, sive etiam quia per alias donationes sive consumptum: donatio ista tanquam inofficiosa revocari non poterit, quantuncunque filiorum legitimæ fraudatae reperiantur, ut deducitur ex mente d.l.29. & de iure communis expressum erat in glossa magna, vers.9. quare, in l.1. C. inofficiosis donat. Angulo de meliorat. in l.7. glossa 2. num. 5. recopil. vbi plures citat. Valasc. consult. 189. num. 19. Gom. in dicto l.29. num. 35.

Si vero, inspecto tempore dotis data, ipsa filijs inofficiosa erat, ita ut si eo tempore computatio inter filios peragenda fore, donatio esset inofficiosa; adhuc tempus mortis patris erit expectandum; manet enim donatio interim in suspensu: ut si eo tempore appareat bona sufficientia, nihil obierit, quod quando facta extitit donatio si de ea iudicandum tunc fuisset, inofficiosa diceretur: sufficit enim quod tempore quo filij possunt petere suas legitimas, non deficiant bona, ex quibus eis solvatur. Quæ resolutio similiter deducitur ex d.l.29. sic interpretanda, tradunt Cinus, Bald. & alii in d.l.1 C. inofficiosis donat. Valasc. d. consult. 189. num. 4. quem vide consult. 188. numer. 4. vbi quod prædicta lex 29. habet locum tam in dote data, quam promissa, per text. in l.fin. C. ad legem falcidiam. Et n.19. quod electio, de qua supra, durat usquequo dotatus per litis contestationem interpelletur, & num.20. quod si maritus, & uxor simul dotem promittunt inofficiam, quod filia mortuo patre eligere poterit tempus dotis datæ: & mortua matre tempus mortis; allegat Aioram de partitionibus 2.par.q.36. n.35.

Cæterum, circa resolutionem, de qua supra, 19 quatenus per illam l.29. (interpretatam ut supra) dotato electio conceditur, parumper subsistendum est: summa enim indiget censura, si aduertas, quod si illa interpretatio sic simplificiter admittenda esset, nempe, ut dotatus electionem temporum haberet, sequeretur quod per indirequum filij legitima defraudati manerent; nam si parens tempore mortis sit adeò egenus, ut in bonis suis legitimæ filiorum suppleri non possint, cæteri filij manifestè legitima defraudati remanent, si iste dotatus eligat tempus dotis, & in hoc consumat totam, vel maiorem partem bonorum, quæ reperta fuerint tempore mortis patris. quod quidem valde iniquum est, & contra præcepta omnium iurium, quæ semper, & ubique proclamant, ut in omnem euentum filij suas consequantur legitimas: id que securius videtur si attendatur quod filius potest revocare vendita, seu alienata à patre in fraudem legitimæ, si emptor fraudis participes esset, ita Acosta in cap. si pater, 3. pars.

verbis, priuare, de testam. in q. Cancerius var. 1. part. cap. de donat. num. 86. Comar. in cap. Rainutius, 5. 11. num. 6. Hermilla in l.8. tit. 4. part. 5. glossa 13. num. 13. vbi num. 16. quod filius dissipatis bonis à patre, potest alimenta petere, Pinel. 1. part. l.1. C. bon. mat. nu. 74. Martha de success. legal. part. 1. quætit. 25. art. 7. num. 12. Quapropter dicendum videtur, prædictam legem ita accipiendam fore, ut cæteri filij legitima sua non defraudentur, ut videatur probare Barbosa in dicta l.2. part. 1. numer. 174.

Nec obstat quod titulus dotis ex parte matris est onerosus, ut in d.l. fin. 5. si à sacerdoti. Satisfit enim, quod revocatio dotis inofficiæ, quam in prædictis terminis fratres pro suis legitimis prætendere possunt, non dirigitur aduersus maritum, sed contra sororem, quæ fratribus dotem conferre tenetur; à qua obligatione liberari non potest, nisi supplendo legitimas aliorum filiorum, iuxta text. in authent. unde si parens, C. inofficiosa, testamente aduertit Barbosa d. loco. & in terminis illius Taurinæ cōsti utionis, hanc partem, quæ filij faciat, tenet Valasc. d. consult. 188. num. 14. vbi sic ait; Item si dispositio d.s. 4. d. l.29. Taurisimilieiter ut iacet seruanda est, dabimus bonorum unius & eiusdem defuncti duas tertias; unam secundum bona tempore dotis; & alteram secundum bona tempore mortis defuncti, qui dotem dedit; cum tamen iure nostro regio, una tantum tercia parentibus demittatur, & de una tantum fiat mentio in tato corpore l. gum regiarum. Quocirca attente considerandum est, qualiter prædicta iniquitat, quæ multo contingere potest, obuiari queat: & cogitabam diei posse, & debere, illum fauorem, quem lex tribuit filijs, vel filiabus dotatis, propero dotem, cæterus extendi debere, vel ad excusandum refusonem, vel ad petendum id quod deest ad solutionem integræ dotis promissorum filiorum de bonis repertis tempore mortis, & non plus: proinde si ladaat, & offendat legitimas tempore mortis, non solvetur aliquid quod ladaat legitimas, et solum de tercia bonorum repertorum tempore mortis fiet solutio illis dotatis, quise abstinerunt ab hereditate parentum, et elegerunt tempus dotis iuxta quod non excedit promissio dotis legitimam, et tertium.

21 Hactenus Valasc. ) cui subscribit Castrus decis. Lustan. 26. num. 5, et fere per totam, & expresse innui videtur per l.1. tit. 2. lib. 5. recop. vbi cauetur, quod filia dotis causa in tertio, & quinto meliorata non intelligatur, ut expressè tenet Auendañus in d.l.29. Tauri. glas. 1. num. 2, vbi quod si hodie filia se se à patre, non hereditate abstinerit ad petitionem aliorum fratrum dotem conferre tonetur, cum nihil possit ultra legitimam consequi, per d.l.1. sequitur Matieni in d.l.1. gloss. 2. num. 3. Azeved. in l.3. tit. 2. lib. 5. recop. num. 18. Baeza de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap. 1. n. 27. vbi quod d.l.29. correcta est per d.l.1. quo ad filias, non vero quo ad filios, quod probant

*Matiens. in d.l. 3. glossa 4. tit. 8. num. 3. Hermosilla in l. 2. tit. 4. par. 5. glossa 4. num. 24. vbi quod in ultimis voluntatibus contrarium procedit, per Morquecho de divisione bonorum, cap. 1. num. 2.*

**23** Sed verius videtur idem admittendum esse in filio, ex traditis per *Barbosam, Valasc. et Castrum dictis locis*, quibus conuenit *Auendañus* in d.l. 29. glossa 3. in fine. vbi hoc etiā in filio expressè admittit: quæ quidem interpretatio mihi magis arridet: non enim mihi persuadere possum, vt illa iniquitas deducta ex prædicta l. 29. (si sic prout iacet accipetur) mentem conditorum illius sic adoriretur, vt propter utilitatem vnius filij dotati, tres, aut quatuor filios, aut filias (si tot forte instarent) legitima sua illis iure naturæ debita omnino defraudare vellent, vt in proposito considerant *Valasc. et Castrus dictis locis*. Pro quibus expendi potest, quod filij etiam constante matrimonio, dotem in officiosam reuocare possunt, ex his quæ *Paulus* in d.l. I. C. in officiosis dotibus, vbi hanc sententiam expressè defendit, sequuntur *Vrsillus ad Afflictis decif. 86. nu. 2. Matiens. in l. 3. tit. 8. glossa 6. num. 3. d.lib. 5. Gomez Arias in l. 27. Tauri num. 11. Couar. de sponsalibus 2. par. cap. 8. §. 6. num. 12. Gut. præt. lib. 3. quest. 41. num. 4. Hermosilla in l. 8. tit. 4. par. 5. glossa 3. num. 8. vbi hanc opinionem indubitatelem putat de iure regio ex d. l. 29. licet contrarium defendant *Barb. supra par. 1. num. 172. Afflictis num. 2 Gramat. decif. 90. num. 3.**

**24** Quod si dos filiaæ data consistat in pecunie, quam maritus bona fide consumpsit, cæteri filij pro excessu legitimæ dotem in officiosam reuocare non possunt, licet alijs si dos consistet in specie, reuocationi locus foret, tenet *Vrsillus d. decif. 86. in fine*, vbi in hoc distinctionem facit inter dotem in specie, & in pecunia, sequitur *Fontanella de pactis nupt. tom. 2. clausula 5. glossa 8. par. 9. num. 74.* licet *Vrsillum* reprobat *Barbosam* in d.l. 2. par. 1 num. 174. in fine.

Prior tamen sententia verior videtur, vt multis comprobat *Fontanella dicto loco*, vbi n. 74. huic similem resoluit questionem circa reuocationem creditorum patris, quando in eorum fraudem filiam doravit, in terminis text. de quo in d.l. fin. §. 1. si à socero. & tandem ibidem indistinctè in causa creditorum, & filiorum, *Vrsilli* sententiam amplectitur, inquiens, quod si maritus bona fide consumpsit dotem in pecunia traditam, nec filiis, nec creditoribus reuocatoriam competere, cum pecunia iam non extet: nō sic si dos cōstet ex rebus immobilibus quæ adhuc extent, tunc enim in uno & altero casu reuocatoriae locum fore: allegat ibidem

**25** pro eadem sententia *Borgnatum Cauleanum* 3. part. deci. 39. num. 38. Tu vero vide quæ dixi infra regula 2. ampl. 7. ex num. 78 & in præfat. regula 5. ex numer. 15. cum sequentibus, ex quibus hæc omnia periclitari videntur: si præsertim creditores hypothecarii interueniant.

An autem dos data moniali in monasterium 26 ingressæ, quæ tamen ære alieno obstricta erat, ab ipsius creditore reuocari possit? Vide *Egid. in l. ex hoc iure, 2. par. cap. 4. num. 10. vbi* sic ait, *Quod autem de hoc dicitur in monacho, dicendum aequæ erit in monacha, seu moniali que antea ære alieno obstricta erat, præterquam respectu bonorum, quæ titulo dotis secum tulit in monasterium de illis namque: quæ constat oneroso dotis titulo monasterio acquisita fuisse, debita conuersa antea contracta personæ non tenebitur, sicut nec tenetur ille qui à socero dotem accepit, præterquam si fraudis cōscius reperiatur, l. fin. §. si à socero, ff. de his quæ in fraudem creditorum hoc vero temperandum sie erit, vt si fœmina, quæ alijs ære alieno obligata erat, ingentem patrimonij summam dotis nomine in monasterium deferat, creditoribus de eo satis fiat, quod residuum apparuerit honesta assuetaque inde dote deducta cum hoc non oneroso, sed lucrativo re vera titulo monasterio delatum censeri debeat, de quo satis erit creditoribus satis fieri quam cum illorum ac maiori etiam ipsius conuersa iactura, et detrimento monasterium locupletari, nec denique ad reuocationem eorum quæ lucrativo titulo à debtoribus alienantur in fraudem creditorum fraudis participatio, aut aris alieni scientia requiritur in illo in quem alienantur. hæc Egid. cuius verba idcirco ad literam referri libuit, quia propositæ hypothesis resolutio non ita passim tibi peruvia erit.*

Sed nota quod sententia ista sic indistinctè accepta secura non videtur: sed ita demum accipienda, si pecunia monasterio donata fuisset, secus si species, quia tunc superior *Vrsilli* distinctione admittenda videtur, quia (vt alibi diximus) argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est in iure, cap. inter corporalia, de translatione prælati. potest tamen Egidii sententia ex eo foueri, & admitti, quia ingressus religionis matrimonio carnali falso rabilior est, vt colligitur ex text. in authent. de sanctissimis Episcopis, §. sed hoc præsenti, collat. 2. Pro resolutione vide quæ *Aloysius in præzi variarum resolut. 113* vbi pluta adducit circa reuocationem bonorum, quæ pater filio dedit in patrimonium ad suscipiendos ordines; vbi tamen aduersus patrimonium concludit per textum in l. debitorum, C. de pactis.

Nec superiori *Vrsilli* distinctione obseruata interpretatio, quam supra assignauimus ad prædictam l. 29. dum pro legitima, per generum, semper, & omni casu dotem cæteris filiis conferendam resoluimus, ac subinde quod siue bona dotata extet, siue consumpta proponantur, legitimam aliorum filiorum etiam ex alijs bonis quæ maritus ex proprio patrimonio habebat, refundendam, & supplendam fore.

Respondetur euim, quod res dotatae, aut donatae filiis (si absque dolo, & culpa ipsorum perierint) eis in legitimam non imputantur; tenuit *Aiora de partit. 1. par. cap. 3. ex num. 11. post Alexand. Bart. et alios, quos refert, sequū-*

# Regula Prima Ampliatio sexta

127

*Molina de primog. Hispanorum lib. 2. cap. 16. nū. 23. Scobar de ratiocinijs computat. 18. num. 6. Valasc. de partitionibus cap. 10. num. 13. Palatius in rubr. 5. 24. num. 6. & est vera, & tenenda sententia: quam extendes procedere, etiam si res donatae, aut in dotem. datae, post mortem patris perierint, l. 2. § de illis, ff. de collat. bonorum. Affictis decis. 247. Aiora vbi proxime, Valasc. num. 13. atque ita non mirum, si dos illa consumpta, ceteris fratribus etiam pro legitima non conferatur; non enim deterioris conditionis debet esse filius dotatus, quam is, cui simpliciter res pro legitima fuit donata: nam si iste rem de perditam, & consumptam conferre non tenetur, a fortiori, nec filius dotatus dotem titulo oneroso acceptam, ad collationem adducere cogendus erit.*

28 Tandem pro nostræ hypothesis vera resolutione prænotandum erit, quod filij ius habent reale in bonis patris, vel matri, ut per Gom. in d. l. 29. Tauri, num. 34. vbi sic ait, *Vet aliter, & tertio responderi potest, quod filij ius habent in re patris, & matri, & debent habere legitimam in ipsis rebus, substantia, & patrimonio eorum, ut in l. scimus, § repletionem. C. in officioso testament. unde merito tanquam reales creditores possunt reuocare, immensè donatum, vel datum pro dote, alij vero creditores sunt mere personales respectu personæ, non respectu bonorum. hactenus Gomez, qui in his verbis perspicue docet, filios in bonis patris ius reale habere, eosquæ ad reuocandum immense donatum alijs filijs in locum creditorum realium connumerandos esse. Pro quo facit sententia illorum qui dicunt totum patrimonium patris pro legitima filiorum hypothecatum censerit, ut tenet Bald. in l. filium, collat. 10. num. 36. C. familia er cuncte, post Paulum de Monte Pico, Aretin. & alios, quos refert Valasc. vbi supra in tractatu de partitionibus, cap. 18. num. 30. vbi cap. 13. num. 14. inquit, quod res in dotem datæ censemur mansisse in bonis patris, & in cap. 31 10. num. 13. quod eo ipso, quod pater è vita decepsit, bona donata, quæ erant penes ipsum filium, incipiunt fieri communia hæreditatis patris, quo ad effectum collationis, ac subinde æquum esse, hæreditati petire. & num. 10. 32 quod bona dotata, sive donata, censemur data sub tacita conditione, collationis facienda tempore mortis patris.*

Ex quibus sic præhabitum infertur resolutio ad quæstionem supra tactam. Cum enim filius, bona dotata, aut alias pro legitima assignata, semper ad collationem adducere teneatur, & deinde post mortem patris communia hæreditatis paternæ fieri incipient, ac si semper in dominio illius permanissent, iuxta paulò ante adducta: sit consequens, ceteris fratribus pro supplemento legitime (si forte ipse dotatus, aut alias simplex legitimæ donatarius, effectus sit non soluendo) rei vindicationem com petere. Quod procedit etiam si dotatus, & creditores, quibus res illas hypo-

thecatas supponimus, nomine filij decocti à paterna hæreditate sese abstinere velint, iuxta intellectum supra traditum ad dictam l. 29. nam resoluto iure datoris (hoc est) filiorum, resolutur ius acceptoris (hoc est) creditorum, quibus huiusmodi bona collationi subiecta oppignorata proponuntur, ex regulæ text. in l. si res. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, l. lex vecigali. ff. de pignoribus. Quod autem dominium illorum bonorum ad paternam hæreditatem, non ad filios, pertineat, ex eo probari videtur: nam periculum fermè spectat ad illum qui dominus est. l. pignus. C. pignoratitia actione. l. incendium. C. sic certum petatur. At periculum bonorum, quæ filijs donata, aut dotata fuerunt (si absque illorum dolo perierint) non ad filios, sed ad patrem pertinet, iuxta supra resoluta ex Molina, Palatio, Scobar, & alijs num. 27. Igitur dominium ad patrem pertinet; aliter enim si dominium ad filios spectaret, illorum periculo deteriorarentur, seu perirent, quod tamen falsum est, ut modo dixi.

Hæc autem resolutio intelligi, & accipi debet, si bona in specie extant, quo causa filiorum causa potior est hypotheca super illa re extante, medio tempore contracta, iuxta supra tradita: non sic erit dicendum, si dos etiam in specie tradita, absque dolo, & culpa filiorum perierit: quia tunc aduersus alia bona quæ ex paterna successione filio non obuenire, ceteris filijs regressus non datur: quinimo in his causa creditorum potior erit; non enim iure cautum inuenitur, quod fratres, pro excessu legitimæ aduersus fratris, aut sororis bona, quæ ex paterna substantia eis minime obuenient, pro recuperanda legitima, hypothecam aut aliud ius reale acquisitum habeant, licet repugnare videantur, quæ infra scribis regula 2. ampliat. 7. ex num. 82. vbi vide.

Redeundo vero ad id à quo superius elapsi fuimus, ad materiam scilicet d. l. si unquam, ad propositum reductam, & applicatam, conclusionem ex ea deducam aduersus creditores, iam quarto ampliabis adeò procedere, ut licet pater in vita non reuocauerit hanc donationem, filios tamen post mortem illius ea legitime reuocare posse, ex traditis à Ripa in d. l. si unquam, quæst. 42. sequuntur videlicet Albericus, & Angelus. Gab. comm. contra comm. tit. de donationibus, conclus. 2. num. 12. Valasc. consultat. 13. num. 10. indicatum refert Fontanella supra clausula 5. gloss. 8. part. 3. num. 68. Peguera decis. 246. ex num. 1. plures pro hac parte refert, & sequitur Hermosilla in d. l. 8. glossa 9. tit. 4. part. 5. num. 8. Nam licet beneficium d. l. si unquam exorbitans sit, quatenus disponit contra legem perfecta donatio. C. de donat. quæ sub modo, ac subinde videatur non posse extendi ultra personam patris: cum tamen filius eadem persona cum patre censeatur, & quodam modo dominus in vita patris dicatur, & in illum dominum continetur, ut in l. in suis. ff. de liberis, & postiblum. l. penult. C. impuberum,

rum, & alijs, non mirum si ipsis filijs, quinimo, & hereditibus suis, hoc ius reuocandi competit.

Pro qua sententia illud vrget. Nam certum est in iure, quod facta donatione in terminis d. l. si unquam, natis filijs, donatio ipso iure reuocata censetur, ita ut statim dominium illud in patrem translatum dicatur, ut constat ex adductis supra in principio: unde cum in patrem dominium illud semel sit translatum; plane consequitur, quod tam ipse pater, quam filij, seu etiam heredes, perpetuo reuocare poterunt. Quae resolutio est tenenda, quidquid contrarium admittere videantur *Gama decis. 240. in fine. Clarus in S. donatio, quest. 23. in fine. Thesaurus decis. Pedemontana 121. ex num. 1. Viuius decis. 434. num. 8.*

**38** Amplia quinto resolutionem de qua supra, procedere, & locum habere in donatione alienius rei, quae tamen iuramenti religione fuerit munita; illa namque per superuenientiam liberorum reuocatur, & consequenter hypotheca creditorum extincta intelligitur, ex traditis a Bart. in d. l. *Titia. S. Imperator. ff. legatis 2. num. 11. Gut. de iurament. confirmatis. 1. part. cap. 9. num. 10. Zeuallos comm. contra comam. quest. 105. circa finem. Clarus in d. S. donatio, quest. 23. in princ. Greg. Lopes in d. l. 8. glos. verbo filios. Iesius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 18. dub. 14. num. 111. Dom. Joanne Baptista Valenzuela Velasques conf. 146. num. 62 Baeza de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap. 29. num. 11.*

**39** Amplia sexto, procedere in nominatione rei emphiteuticae accepte pro se, & filiis: nam si donatio irreuocabilis fiat in persona extra-nea, omnino reuocata censetur, ex beneficio praedictae legis. tenent *Cald. de potestate eligendi, cap. 4. num. 5. Valasc. consult. 61. num. 8. Gama decis. 173. num. 2. Vnde si emphiteuta sic nominatus in suo dominio vtili, medio tempore debita contrahat, & pignori rem ipsam subijciat, quod citra commissi penam legitime facere potest, iuxta doctrinam glos. in l. fin. C. de iure emphiteutico, quam sequuntur Bart. Bald. & Paul. **40** *Strensis in l. tutor. S. fin. ff. de pignorat. actione. Feliciaus de censibus lib. 2. cap. 4. num. 15. Garcia de expensis cap. 6. num. 21. Cald. de extinctione emphiteutica cap. 5. num. 61. Dom. Lara de anniversariis cap. 20. num. 24. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 11. tit. 4. a uum 28. Gama decis. 28. Causa emphiteutae sic nominantis, in concursu creditorum aduersus omnes hypothecas proualebit; cum huiusmodi nominatio ex dispositione illius legis, natis filijs, reuocata intelligatur, dominium quemque vtile, quod per dictam nominationem in nominatum transulerat, extinguitis hypothecis in ipsum regrediatur.**

**41** Limita hanc ampliationem procedere, quando emphiteusis accepta fuerit pro se, & filiis, & sic de pacto, & prouidentia: secus si sit liberæ nominationis; nam si iste emphiteuta nominationem irreuocabilem faciat, per

natiuitatem liberorum non censetur reuocata. Ratio est, quia quamquam d. l. si unquam loquatur in donatione irreuocabiliter facta, nihilominus tamen nominationibus emphiteuticis adaptari non potest, cum emphiteuta de suo nihil conferat, & per consequens, nullam liberalitatem exerceat, iuxta text. in l. vnum ex familia s. 1. ff. legat. 2. eiusnam quæ a domino directo magis quam a nominante dicitur capere, resolut *Cald. d. cap. 4. num. 5. Si vero pater rem vendiderit modico pretio, adhuc creditores excludendi sunt in eo quod excedit iustum pretium, *Alexand. Trent. tancing. var. lib. 3. resolut. 4. num. 8. Matiens. in l. 2. tit. 6. lib. 5. recep. glossa 1. nu. 1. & 2. ibi Angulo glossa 1. num. 25. Mangil. de imput. quest. 108. num. 1. Tiraquel. in d. l. si unquam, verbo, donatione largitus, num. 2. Hermosilla in d. l. 8. glossa 3. num. 3. Boerius decis. 143. num. 2.**

**42** **43** Amplia septimo, superiorum conclusionem habere locum, etiamsi filij nati, statim moriantur; adhuc enim donatio reuocata censetur, & consequenter causa donantis in concursu potior erit. Probatur haec resolutio ex doctrina Bart. in d. l. *Titia. S. Imperator. num. 12. sequitur Ias. in l. si quis. heredem, col. 3. C. de institut. & substit. quod tamen declarat Bald. in l. 1. C. in officiis donat. col. fin. nisi pater post mortem filiorum tantum tempus vixisset, vt potuisset mutare voluntatem; nam ex quo non mutauit, presumitur voluisse, vt donatio esset tacite reconualidata: Bernadus Dias regula 213. vers. amplia 2. Clarus d. S. 21. num. 5. sentit Valasc. d. consult. 31. num. 6. Gama decis. 240. in fine.*

Sed contra hanc declarationem illud pondatur: nam si nec mors filiorum, propter quorum natiuitatem resoluta est donatio, sufficit ut renascatur, cum alias ipso iure reuocetur, ex dispositione d. l. si unquam, quanto minus operari debet taciturnitas ipsius donantis? notat ex Bart. in d. S. *Imperator. Valas. d. loco num. 11. atque ita contra praedictam declarationem iudicatum refert in Rota Auenionensis Fontanella supra dicta part. 3. num. 64. pro resolutione vide Molinam de iustitia, & iure, disputat. 282. vers. secundum dubium. Tiraquel. in d. l. si unquam, verbo suscepit liberos, num. 203. Anto. *Thesau. decis. 121. per totam. Pegueram decis. Catalonica 37. vol. 2. Viuium decis. 454. lib. 3. Anto. Fab. in suo C. lib. 8. tit. 36. de reuocand. donat. disruit. 5. Cald. de potest. eligendi, cap. 10. num. 3.**

**44** **45** Amplia octauo, & ultima, procedere in donatione facta ecclesiæ, seu pia causæ; quæ tamen non in totum reuocatur, sed quo ad legitimas filiorum qui postea nati fuerunt; gaudent enim ecclesia, & pia causa priuilegiis liberorum, docent Bart. in d. S. *Imperator. num. 6. glossa & doctores in cap. fin. de douat. Clarus in S. donatio. quest. 23. num. 4. Gama d. decis. 240. Meneses in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. num. 9. Molina disput. 282. vers.*

# Regula prima Ampliatio septima 129

vers. dubium ulterius, & alij, quos refert Hermosilla in d. l. 8 glossa 5. tit. 4. part. 5. num. 4. ubi num. 5. plures in contrarium adducit. *Couar. lib. 1. var. cap. 19.* post numerum quintum. *Mantica de tacitis,* & ambig. *conuen. lib. 10.* tit. 7. num. 7. *Fontanella in loco supra citato num. 20.* An autem beneficio d. l. si unquam renuntiari possit, vide *Bernar. Dias regula 213. ampliat. 4.* *Fontanel.* vbi proxime num. 5. *Gut. d. cap. 9.* *Clarum d. s. donatio,* que st. 22. num. 4. *Zeuallos supra quest. 204.* *Greg. Lopes in d. l. 8. glossa* ni en *Espana.* *Tell. Fernandes in l. 23.* *Tau. num. 9.* Ex quorum dictis colliges, quod licet verum sit, quod per renuntiationem beneficij illius legis propter natuitatem liberorum, illud excludatur; nihilominus filij per querelam in officiosæ donationis pro sua legitima semper admitti debent.

Et an tertio liceat hoc beneficium allegare vide *l. loci corpus, ff. si seruit. ven. l. si alienam. ff. sol. matri.* vbi *Barb. ex num. 51.* *Surd. decis. 108.* ex num. 15. *Cabed. 1. part. decis. Lusit. 63.* num. 3. *Bald. Cinum, Aretin,* & alios in *l. cum seruum.* *C. de seruis fugitiuis.* vbi per illum text. communiter, & generaliter docent, tunc ius tertij allegari posse, cum iuris agentis exclusuum proponitur. Quid autem dicendum sit in donatione usufructus, quem pater habet in bonis filij. Vide *Gregor. Lopes in d. l. 8. glos. en vida.* vbi illud beneficium negat etiam per querelam in officiosæ donationis. subscibunt *Valase.* de partitio-  
nibus cap. 13. ex num. 140. Out. in cap. quam-  
eis pactum, de pactis in 5. à num. 6. *Baeza.*  
de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap.  
24 ex num. 4. Si vero tempore donationis pater filios habebat, & ex postfacto alij pa-  
scantur, dic, quod donatio censemur reuocata usque ad debitum bonorum subsidium, docent  
*Viuius decis. 404.* à num. 3. *Ant. Fabr. in suo C. tit. 38.* definit. 8. num. 6. vbi tamen hoc admittit nisi filij patri essent odiosi. *Cacher- ranus decis. 122.* num. 13. *Hermosilla in l. 8. tit. 4. part. 5. glos. 1. num. 5.* *Mangilius de imput. quest. 99.* num. 35.

46 Tandem ab his quæ superius traduntur circa beneficium d. l. si unquam, non valde differunt, quæ doctores communiter resoluunt in specie text. in *l. 1. C. de donat. que sub modo,* vbi habetur, quod si res fuit donata, pacto expresso alendi donantem, donatarius vero donantem alere recuset, dominium in donatarium retransfertur, & rei ven-  
dicatio utilis eidem conceditur, idem habe-  
tur in *cap. verum, de condit. appositis,* & ibi  
glossa, alia glossa in *l. traditionibus.* *C. pa-*  
*citis.* *Ripa in l. fin. G. reuoc. donat.* *Baldus*  
*cons. 250. vol. 3. Cornets cons. 101. col. 2.* &  
alij quos refert, & sequitur *Surdus de alimen-*  
*tit. 8. quest. 42. num. 8.* & in specie quod re-  
soluatur donatio, & insimul hypotheca super  
reilla sic donata medio tempore contracta,  
expresse tenuit *Alexand. cons. 93. num. 4.* sub-  
scribit *Surd. de alimen. tit. 9. quest. 42. num*

8. iunctis traditis per *Bald. cons. 250. col. 3.* vbi dicit, quod mora alendi donantem purga-  
ri non potest, quia alimenta præterita com-  
pensationem non recipiunt, ex quo potuit do-  
nator passus esse propter famem, *Mantica de*  
*tacitis lib. 13. tit. 44. num. 5.* *Hermosilla in*  
*l. fin. tit. 5. part. 5. glos. 1. vers. casus duo le-*  
*cimus.*

Dicigitur, quod si creditores ad bona do-  
natarij accedant, qui alias effectus non sit sol-  
uendo, donans creditoribus dominij præro-  
gatiua vtique præferendus erit. quod sane ad-  
mittendum erit, etiamsi in donatione pactum  
non fuerit interpositum alendi donantem: cum  
enim donatarius semoto etiam pacto illo te-  
47 neatur donantem alere, vt tradit *glossa* ver-  
bo voluerit in *l. fin. C. reuocandis donationi-*  
*bus,* iunctis traditis per *Surdum supra,* tit. 1.  
quest. 48. *num 2. Palatum in rubrica de do-*  
*nat. §. 70. num. 25.* *Hermosilla supra in l. 4.*  
tit. 4. part. 5. glos. 5. num. 30. à fortiori re-  
soluendum erit, rem liberam ab oneribus, &  
hypothecis restituendam fore: nam hæc condi-  
tio reuocandi donationem videtur ab initio  
posita, & à lege inserta donationi, tanquam  
de illius natura, *Bald. in cap. 1. §. rursus si*  
*fidelis, quibus modis* *feudum amittatur.* tenet  
*in specie* *Surdus d. quest. 42. num. 22.* vbi e-  
48 tiam subdit idem fore dicendum, quando si-  
ne iuditio, & sententia rem recuperaret, pu-  
tâ quando donatarius defecerat, quia non  
dicitur actus voluntarius is, ad quem facien-  
dum cogi poterat, *l. inter stipulantem. §. 1.*  
*ff. de verborum.* (illic) *Iuditium etiam in*  
*inuitum redditar.* & in *l. quod si minor. §.*  
restit. *ff. de minoribus.* (illic) *es alienum ex-*  
*oluitur, quod facere necesse est.* *l. nouissime.*  
*ff. quod falso tute.* quibus arrident quæ *Pi-*  
*nellus in l. 2. C. rescindenda venditione. 2. par.*  
*cap. 3. num. 10.* vbi quod si donatarius bonam  
fidem agnoscentem remittat bona, eo casu quo  
49 potuisset iudiciali via cogi ad remittendum,  
creditoribus præiudicabit. Quod tamen de-  
clarari debet, vt non procedat quando dona-  
tarius non est usus iure suo, nec causam de-  
fendit, cum posset proponendo exceptiones  
donantem excludere, tunc enim creditoribus  
non nocebit, tradit *Surdus dicto loco quest.*  
*42. num. 31.*

Similiter, & illi qui donationem causa mor-  
tis fecit, & simul tradidit eo pacto, vt si do-  
nans reconualuisse ei redderetur, & tamen  
50 ius illud resolutiuum competit aduersus cre-  
ditores, quia in hac donatione militat una,  
& eadem ratio, & ius resolutiuam iuxta regu-  
lam de qua supra in præfatione: & in specie  
quod rei vendicatio competat, probat text. in  
*l. si mortis causa 29. ff. de donat. causa mor-*  
*tis.* quam optime explicant *Alciatus lib. 1.*  
*parergon. cap. 25. Couar. in rub. de testament.*  
*3. part. num. 23. Clarus in s. donatio. quest.*  
*fin. num. fin.* Plures vero casus, in quibus do-  
natio causa mortis renocata dicatur, videla-  
tissime per *Barbosam in l. que dotis ff. sul.*

matrim. ex num. 84. cum sequent. Menoch. lib. 3 de præsumpt. præsumptione 35. 36. & 37. Mantic de coniecturis vlt. volunt. lib. 1. cap. 13. per totum. Matiens, in l. 7. gloss. 1. tit. 10. lib. 5. recip. Couar. in d. rubrica de testament. 1. parte, ex num 11. & 3. part. ex

num. 16. Mascardum de probat. conclus. 612. Glarum in s. donatio, quæst. 5. Gom. tom. 2. var. cap. 4. ex num. 15. Michaelem Crassum receptarum. s. donatio causa mortis, l. 11. tit. 4. partit. 5. ubi Greg. Lopes.



## S V M M A R I A.

- 1 Res empta per tutorem, aut curatorem pecunia minoris, illius fit, & ab ipso in concursu vendicari potest tanquam propria.
- 2 Procedit etiam si super ea re hypotheca constituta appareat, quia ipsa tanquam super re aliena contracta, eo ipso resolutur.
- 3 Declaratur præcedens resolutio, ut non procedat in re empta per extraneum, quia pro illa actio hypothecaria duntaxat competit.
- 4 Hec sententia arguitur, sed prior admittitur.
- 5 Res per tutorem empta ex pecunia minoris, illius non fit, si empta proponitur ex pecunia redacta ex venditione rerum minoris.
- 6 Res empta ex pecunia militis, ipsius proprius fit.
- 7 Ratio huius specialitatis adducitur.
- 8 Ne dum milites qui in loco hostili, & praecinctu belli militiam exercent, hoc priuilegio gaudent, sed etiam illi qui lateri Regis assistunt, & qui in terris hostium absunt.
- 9 Armatae legitis, & cælestis militiae milites aquiparantur.
- 10 Donatio militis concubinae facta, non valet.
- 11 Nec donatio à clero concubinae elargita.
- 12 Resolutur, quod sicut res empta ex pecunia militis, illius efficitur, sic & res empta ex pecunia clericis, illius fit.
- 13 Quæ de milite supradicuntur, procedunt siue res empta fuerit per militem, procuratorem, aut alias extraneum, nomine proprio.
- 14 Si aliqua res empta ex pecunia in dotem data, efficitur dotalis.
- 15 Ratio huius specialitatis redditur.
- 16 Arguitur aduersus hanc resolutionem.
- 17 Præcedens resolutio progedit in subsidium, si maritus non sit soluendo.
- 18 Si ex pecunia ecclesie per beneficiarium, aut alium quemlibet administratorem nomine proprio res empta fuerit, ecclesie acquiritur.
- 19 Minor, ecclesia, et miles, electionem habent ad vendicandam rem, seu pecuniam.
- 20 Ecclesia vendicare potest rem emptam per ad-

ministratorem, etiam si probed ex propria pecunia emisse.

- 21 Limitatur præcedens resolutio, si administrator finite officio emerit.
- 22 Et in rebus comparatis ex fructibus beneficiorum.
- 23 Cap. cum in officiis, de testamentis, explicatur.
- 24 Actio in rem directa, cum personali concurrere non potest.
- 25 Res empta ex pecunia fiscalis per administratorem nomine proprio, transit in dominium fisci.

Minor, miles, mulier, ecclesia, & fiscus, rem, quæ ex pecunia illorum acquisita proponitur, quando resolutis hypothecis super ipsa contractis, è concursu liberè recuperare poterunt: & in quibus casibus restringi, & limitari debeat eadem resolutio, in hac ampliatione breuiter enodatur.

## AMPLIATIO OCTAVA.



MPIATVR octauo regula principalis nostra præfat. adeò procedere, vt per illam resoluatur ius hypothecarii creditoribus quæ situm super re, quæ empta proponitur ex pecunia minoris; cui inter alias prærogatiwas à iure concessus, specialiter indulatum est, vt si res aliqua per tutorem, seu curatorem ipsius nomine proprio comparata proponatur, ipsius minoris fiat, vt probat text. in l. tutor. C. araiarium cutela. quo cauetur, quod res empta per tutorem ex pecunia minoris, ipsius fiat, idem habetur in l. 2. ff. quando ex facto tutoris, & in l. si vel proponis. C. rei vindicatione, l. regia 46. vbi Gre-

# Regula prima Ampliatio octaua

131

Gregorius verbo, menor, tit. 5. part. 5. doc-  
cent glos. Bart. Bald. Salicet. et alij in l. si  
patruus. C communia viriusque iuditij, Bar-  
bosa 3. part. rubrica. ff. sol. matrim. num.  
84. Molina de primog. lib. 4. cap. 4. num. 35.  
Roderic. de concurs. 1. part. art. 4. num. 21.  
Gom. in l. 50. Tau. num. 36. Mascardus de  
probat. conclus. 612. num. 7. Menoch. lib. 3.  
de presump. presumpt. 49. num. 5. Mantua  
de tacitis, et ambiguis lib. 4. tit. 22. num. 22.  
Alexand. Trentancinq. lib. 3. var. de emps. et  
vendit. resolut. 1. num. 6. Gab. Pereira de Ca-  
stro decis. 23. num. 4. Noguerol. allegat. 7.  
num. 27. Dom. Ioan. Baptista de Larrea de-  
cis. Granat. 92. ex num. 1. vbi latè disputat,  
vtrum in dubio censeatur tutor emisse nomine  
minoris: & affirmatinè in Senatu resolutum  
fuisse. Cald. Pereira de empt. et vendit cap. 20.  
num. 15. Gait. de credit. cap. 4. quæsito 11.  
num. 1525. Hermosilla in d. l. 49. glossa 3.  
et 4. ex num. 1.

Ratio inductiva huius specialitatis in fau-  
rem minoris introducta, ea est: quia tutores,  
& curatores ex necessitate officij tenentur pec-  
unias minorum conuertere in emptionem  
prædiorum, iuxta text. in l. ita autem. ff. de  
ad ministrat. tuto. Bald. in l. 1. C. si quis al-  
teri, vel sibi, Greg. Lopes ubi supra, verbo,  
en guarda. vnde necessitate officij, & proprie-  
tate pecunia, se simul adiuuantibus, indu-  
ctum est prædictum speciale, prout expendit  
Barb. in loco supradictato num. 84. Vnde si  
res sic empta ex pecunia minoris, apud tuto-  
rem curatorem, aut similem debitorem de-  
coctum, hypothecis affecta reperiatur, tunc  
minor, eidem hypothecis extinctis: tamquam  
super re aliena contractis; iuxta regulam text.  
in l. qna prædium. C. si aliena res pignori da-  
ta st, l. 1. S. 1. ff. de pignoribus. l. 9. tit. 13.  
part. 5. proculdubio e concursu rem illam li-  
bere vendicabit.

Intellige autem præcedentem resolutionem  
procedere in specie, in qua præfata iura lo-  
quuntur; nempe, quando per tutorem empta  
proponitur; non sic dicas si per extraneum  
empta fuerit; tunc enim minori actio hypo-  
thecaria priuilegiata aduersus rem sic emptam  
duntaxat competit, l. idemque, ff. qui potio-  
res in pignore habeantur. l. 3. ff. de robis co-  
rum. l. 23. et 30. tit. 23. part. 5. glos. d. verbo,  
en guarda, in d. l. 49. vbi glossator pro ea-  
dem sententia citat Baldum, et Salicetum,  
quibus adde Socinum qns 224. vol. 2. Ma-  
scardum d. conclus. 612. Trentacin. d. nu.  
6. in fin. Rodericum num. 21. Barbosam num.  
85. citatis locis.

Oppositum temen quinimo ex hac emptione  
dominium in minorem transferri, & conse-  
quenter actionem realem rei vindicationis  
competere, defendunt Bart. in d. l. si ut pro-  
pinis, post Iacobum de Rauenna, et alios quos  
refert Greg. Lopes d. glossa en guarda. subscri-  
bunt Castrensis in l. filia ff. solut. matrim.  
Negusantius de pignoribus in 5. membro. 5.  
part. num. 46. Gom. in l. 50. Tau. num. 36.

Sed à prima sententia non recedas; declaran-  
do tamen, nisi extraneus emptor non soluen-  
do effectus fuerit, quia tunc rei vindicatio  
competit, ita Cald. supra num. 15. Dominus  
Ioannes Baptista de Larrea num. 20. Gait. nu.  
1527. Hermosilla num. 3.

5 Declara secundo superiore resolutionem  
tunc procedere quando res empta fuit ex pro-  
pria pecunia minoris, vt habetur in dicta l.  
si ut proponis, & ceteris iuribus concordan-  
tibus; aliter dicendum erit si sit empta ex pe-  
cunia redacta ex venditione rerum ipsius; tunc  
enim nec minori acquiritur, nec consequen-  
ter iure illo resolutio aduersus creditores po-  
titur, tradunt post glossam, Bart. et alios in  
l. Titium, S. altero, ff. administrat. idem  
Bart. in l. 2. ff. quando ex facto tutoris, &  
per illum text. post glossam in l. si patruus,  
C. communia viriusque iuditij, ibidem Bald.  
et Paulus. Trentancinq. dicto loco num. 6. No-  
guerol dict. allegat. 7. num. 27. vbi quod ad  
hoc, vt dispositio prædictarum legum locum  
habeat, requiritur, quod pecunia, ex quare res  
emitur, immediate sit ipsius pupilli. Quid  
autem dicendum sit, quando res empta suis sit  
partim ex pecunia minoris, partim vero ex  
pecunia maioris, vide Gaitum supra dict. cap.  
4. quæsito 11. num. 1971. vbi sic ait, Conclu-  
sive respondeas lector amantissime, debere præ-  
ferri pupillum, eo quia pupillus maiore niti-  
tur priuilegio, vt superius diximus, et con-  
sequenter magis priuilegiatus, semper præfer-  
tur ceteris paribus. Bart. in authent. quas  
actiones num. 3. C. sacros. Ias. et alij quos pro-  
bab Barbos. in 7. part. l. 1. ff. solut. matrim.  
num. 17. Sed id velim non sic recipias, sed au-  
daacter teneas maiorem præferri, non tanquam  
magis priuilegiatum, sed tanquam anterio-  
rem.

Declara tertio superiore resolutionem,  
quod si plures possessiones emptæ fuerint per  
tutorem, minor omnes accipere debet, alias  
enim in concursu audiendus non erit. Sco-  
bar de ratiocinij seap. 14. num. 34. Hermosilla  
d. loco num. 8. vbi pro eadem sententia lau-  
dat Rodericum de anu. redditibus, lib. 3. qu.  
10. num. 16.

6 Fadem prerrogativa fungitor miles, cui  
inter alia priuilegia à iure concessa specialit  
indultum est, vt in euentibus, in quibus res  
aliqua empta proponatur ex pecunia propria,  
illius fiat, & consequenter rei vindicatio com-  
petat, & in nostra specie ius illud, de quo su-  
pra, in concursu minori concessum. Proba-  
tur hæc resolutio ex text. et ibi Gloss. Bart. Sa-  
licet. Alberic. & communiter Doctores, in  
dict. l. si ut proponis, et in dict. l. 49. et ibi  
Gregorius Lopez in gloss. verbo Cauallero,  
tit. 5. partita 5. Gab. Pereira de Castro dicta  
decisione 23. num. 4. Gom. num. 36. Molina  
num. 35. dictis locis Dom. de Larrea d. decis.  
92. num. 9. Hermosilla in dict. l. 49. gloss. 2.  
ex num. 1. Ratio specialitatis, in eo consi-  
stere videtur, etenim cum miles patræ firma-  
mentum dicatur, rei publicæ vniuersæ propu-

gnaculum, ciuum libertas, tutissimumque in omni rerum discrimine, & calamitate perfigium, vt de viris fortibus ait Osorius lib. septimo de regis institutis. cui conuenit Iustinianus Imperator, in proemium institut, vbi in initio inquit: Imperatoriam Maie statem, non solum armis decoratam, sed etiam legibus opportet esse armatam: non mirum videri debet, si haec, & alia prærogatiæ ei à iure concessæ reperiantur.

**8** Hoc autem priuilegio, nedium funguntur milites, qui in loco hostili, & procul belli militiam exercent, verum etiam illi qui in curia regis assistunt, aut in aliquo loco de ilius mandato degunt, vt probat text. in dicta l. 49. Idemque erit dicendum in militibus stationarijs, qui in aliqua Ciuitate, vel oppido præsidij causa detinentur. hi enim militari priuilegio gaudent, vt tenet Viuius in §. illis autem num. 3. in dictis de militari testamento. Valasc. consultati 104. num. 13. Hermosilla in dicta l. 49. glossa 2. num. 5. Gamma decis. 336. Gutierrez de iurament. confir. 1. part. cap. 6. num. 9. decis. Pedemont. 121. numero 5.

Id ipsum procedit in his qui detinentur in terris hostium, prout sunt nostri in prouincijs Mauritanicæ; isti namque dubio procul militari priuilegio gaudent, docent Pichardus in d. §. de illis, num. 4. Valasc. num. 32 Hermosilla d. loco num. 7. vbi hoc priuilegium extendit etiam ad illos qui aliquo modo militia vacant, ex Gama loco modo citato: & in clericis, quia clericus miles est, & excellenter militis miles: nam sicut miles armatae militia, dicitur miles facili, ita clericus miles Dei vocatur, iuxta text. in cap. militari 3. quæst. 1. cap. libentius, extra de seruis non ordinandis, cap. 1. de clero agrotante. & generale est in iure nostro argumentum de militiæ armatae militia ad cœlestis militia militem, tradunt communiter doctores in l. miles, ff. de re iudicata, vbi Bart. dicit glossam ibidem menti tenendam, & signandam, quatenus æquiperat, armatae, legalis, & cœlestis militia, milites, & est communis opinio, vt ibidem asserit Alexander Euerardus in locis legalibus, loco 22. Cald. in l. securatorem, verbo lafis, num. 103. Zeuallos qui plures refert quæst. 329. in principio. Melchior Phæbus decis. Lusit. 88. num. 3. Peres in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. vers. alia, pag. 765.

Hinc est, quod priuilegium, propter quod miles non tenetur creditoribus suis, ultra quam facere potest, vt in dicta l. miles, habere etiam locum in milite cœlestis militia, scripsit glossa in dicta l. miles, vbi sequuntur Bart. & communiter scribentes. Barbosa in l. maritum, num. 2. ff. solut. matrim. Couar. lib. 2. var. cap. 2. num. 9. vbi hanc sententiam sequitur, & intelligit in his qui vel sacris ordinibus sunt insigniti, vel altari, aut simili ministerio seruiunt; non in his qui minoribus tantum ordinibus condecorantur.

**10** Hinc etiam est, quod sicut donatio concu-

binæ à milite facta, iure non subsistit, vt in l. 2. ff. de donat. inter virum, & uxorem, l. 1. tit. 4. part. 5. l. miles, §. ita mulier, ff. de militari testament. tradit Palat. in rubrica, §. 37. num. 9. sequuntur Ant. Faber. in rationali ad pandectas in l. sive cuiuslibet, si adolescens in fine, Borrell. in summa, decis. 3. tom. tit. 10. num. 234. Antonius Thes. decis. 111. num. 1. Peregrinus de iure fisci lib. 2. tit. 9.

**11** num. 3. Sic etiam donatio à clericis concubinæ facta inutilis est, authen. de sedetissimis Episcopis, §. presbyteris. [Peregrinus vbi supra num. 2. Borrellus num. 187. Thes. num. 2. Surdus conf. 496. num. 1. Martha de iurisdict. 4. part. cent. 2. casu 114. num. 3. Bart. & alij in d. l. 2. Couar. in regula peccatum, 2. par. §. 2. n. 2. Ex quibus constat receptissimum esse argumentum de milite armatae militia ad cœlestis militia militem, quod adeò extendit Ias. in d. l. miles, num. 24. post Alexandrum ibidem num. 3. vt etiam in exorbitantibus licita sit extensio, pro qua allegat glossam, quam dicit notabilem in l. stipendia C. excep-

**12** tione rei iudicatae. & in specie, quod res empta ex pecunia clericis, in ipsius dominium transfertur, tenuit Trentanci sq. d. resolut. 1. num. 5. sentit Gregorius Lopes in d. l. 49. verbo de Cauallero, in fine, vbi vide.

**13** Declara resolutionem, de qua supra, indistinctè procedere, siue emptor fuerit procurator militis, siue extraneus, & etiam si emat simpliciter, aut nomine proprio, vt probat text. d. l. si ut proponis, vbi Bart. & communiter doctores, Hermosilla in d. l. 5. glossa 2. num. 2. Gom. num. 36. Greg. Lopes dictis locis in verbo de Cauallero, per textum ibi. Nequæ hoc mirum videri debet, quia etiam in quocunque extraneo res empta ex pecunia illius, si emptor non sit soluendo, sua efficitur, & eam condicere, & vendicare poterit, ex gloss. fin. in l. Proculus, ff. de iure dotium, vbi Bald. & Jacob. Barbosa supra num. 68. ex Romano singulari 612. Gaitus supra d. quæsito 11. num. 1475.

**14** Idem in predicta specie priuilegium, seu prærogativa conceditur doti. Si enim res ex pecunia vxoris empta reperiatur, dotalis efficitur, & tanquam si à principio in dotem data esset, rei vindicatio vxori competit, vt in l. vxor marito, ff. de donat. inter virum, & uxorem, & in l. res que 55. ff. de iure dotium, d. l. 49. & ibi Greg. Lopes verbo à voluntad delia, docent Molin d. lib. 4. cap. 4. num. 22. Gom. d. num. 36. Barbosa num. 73. Mascardus num. 22. locis supra citatis, Cald. de renouat. emphiteus quæst. 3. num. 2. Alexand. Trentanci d. resolut. 1. num. 8. Grat. lib. 2. cap. 240. num. 33. Monter. decis. 29. num. 49. Surdus decis. 15. num. 6. Noguerol. d. allegat. 7. num. 27. Gait. de eredit. cap. 4. quæsito 11. ex num. 1454. Gut. conf. 22. num. 14. & lib. 3. pract. quæst. 87. numero 7. Hermosilla in dicta l. 49. glossa 7. ex num. 1.

Cuius specialitatis illa ratio assignari potest:

test: quia cum dōs sit quoddam ius vniuersale, vt colligitur ex l. 1. in fine principij, ff. de dote prælegata, & in l. quod dicitur, 5. ff. de impensis, tenet Bart. in l. 1. num. 5. ff. sol. matrim. prout in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & efficitur pars illius iuris, vt in l. si rem, & pretium, ff. de petitione hereditatis, & in l. Imperator 72. ff. de legat. 2. Bart. in l. qui à debitare, ff. que in fraudem credit. Platea in l. 1. C. de castrensi peculio lib. 12. Cald. d. quest. 3. num. 18. & si militer in dote pretium succedit loco rei, vt in l. cum in fundo 82. §. si fundus, ff. de iure dotium, notat glos. in l. Labeo, verbo pretium, ff. de verborum significacione. Sic è contra in dote, & quocunquè iure vniuersalibus res succedit in locum pretij, vt probare videatur d. l. Imperator, §. fin. & in l. si cum dote, §. fin. vbi notat Alexander num. 4. ff. sol. mat. Capitius decis. 148. num. 8.

16 Nec superiori resolutioni obseruit textus in l. si ex pecunia 12. C. de iure dotium, ex qua probatur, quod res empta ex pecunia dotali, dotalis non est. Nam vt inquit Hermanopolius in promptuario iuris lib. 4: tit. 4. pag. 184. regulariter res empta ex pecunia dotali, tunc efficitur dotalis, cum maritus non est soluendo, & sic in subsidium vendicari poterit, alias secus: & in hunc sensum concordantur iura, quæ in uicem pugnare videntur, vt in d. l. res que iuncta d. l. 49. dum probant emptam ex pecunia dotali, effici dotali; quam concordiam probant Nouellus de dote part. II. §. hactenus, num. 10. Gregor. Lopes dicta 17 glos. verbo à voluntad della, Gut. supra, Gait. num. 1455. Barb. num. 76. vbi hanc concordiam veram esse fatetur, licet numeris sequentibus hæc iura melius concordare nita- tur.

Ex qua resolutione infertur, quod si in bonis mariti reperiatur aliqua res empta ex pecunia dotali, instentque creditores; tunc mulier in hac re tanquam propria, omnibus creditoribus præferenda erit, dum ex hoc consuetu maritus dicatur soluendo non esse, iuxta concordiam, de qua supra.

Declara secundo, quod dictum remedium subsidiarium locum duntaxat habebit aduersus maritum, seu eius heredem, si rem sic emptam possideant; secus si res apud tertium inueniatur: quia tunc licet maritus non sit soluendo, res illa dotalis non efficitur, ita Bald. in l. si eum seruum, ff. si certum petatur, col. 2. Barb. supra num. 85. Gait. num. 1463. Noguerol d. allegat. 7. num. 31. vbi num. 28. quod hodie in Hispania non practicatur dispositio l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi, ex Gut. lib. 2. pract. quest. 117. num. 3. & per Garciam de coniugali acqui. num. 63.

Declara tertio, quod ad hoc ut emptum ex pecunia dotali efficiatur dotali, duo copulatiue requiruntur: primo, quod mulier consentiat in hac subrogatione: secundo, quod eidem utilis sit, alias secus. Primum probat

text. in l. res que ff. de iure dotium. l. ex lapidibus, ff. eodem tit. Giurba decis. 111. nu 16. Barbosa supra num. 78. Hermosilla glos. 7. num. 5. glos. in d. l. ex pecunia. Secundum vero deducitur ex text. in l. cum his s. eam. ff. de transact. Matiens. in l. 2. tit. 5. lib. 5. recop. glos. num. 4. Gut. pract. quest. 88. num. 3. Gom. in l. 50. Tau. num. 36. Barb. & Hermosilla. vbi proxime. Quando autem uxori pro re dotali in specie extante, rei vendicatio in concursu competit, & utrum dominium rerum dotalium penes maritum an uxori sit: vide per ea quæ scribis infra regulam ampliat. 6. ex num. 144.

18 Ecclesia tandem potitur eodem priuilegio, de quo in tribus casibus immediate præcedentibus. Nam si beneficiarius, aut aliis quilibet ecclesiæ administrator, rem emat ex pecunia ecclesiæ suo nomine, sive per interpositam personam, in illius dominium transibit, vt probatur in l. 3. §. si ab ignoto, ff. de manuiss. dicta l. 49. Barbosa 2. par. legis diuinito in princ. num. 65. ff. solut. matrim. Gom. d. loco num. 36. Et in dubio illius nomine emptam præsumi, probat Cald. supra num. 11. Dom. Ioannes Baptista de Latre a d. decis. 92. num. 11. quia scilicet ecclesia utitur iure minoris, sicut & res publica: de quo vide Dominum Laram de vita hominis cap. 28. nu. 72. Gut. de tutel. 2. part. cap. 20. num. 2. Hermosilla in d. l. 49. glosa 5. ex num. 1.

Intellige autem resolutionem, de qua hic, 19 & in tribus casibus præcedentibus, procedere, quando minor, miles, mulier, & Ecclesia, velint vendicare res, quarum dominium eis fuit acquisitum, iuxta supra resoluta: secus si potius velint pecuniam, pro qua prædictæ res emptæ proponuntur, iuxta text. in l. curator. C. arbitrium tutelæ glos. & Doctores in l. penul. C. seruo pignori dato dicta l. 49 in fine, vbi glos. ultima. Ratio est, quia cum prædicti sint pecunia creditores, eis invitatis, & renitentibus, aliud pro alio solvi, non potest, iuxta regulam text. in l. 6. §. 1. ff. si certum petatur. Barbosa, qui hoc expresse tenet in re empta ex pecunia dotali, 3. parte rubrica, ff. soluto matrimonio. num. 77. in fine. Sed nota, quod in hac nostra specie, prælatio in concursu non erit concedenda pro ipsa pecunia, tamquam pro ipsa re, quæ in dominium minoris, mulieris, & aliorum fuit translatum; ac subinde consultius fiet, si actio rei vindicationis aduersus ipsam rem dirigatur, cum eisdem pinguius sit prouisum per eandem actionem, quam per hypothecariam, aut alias personalem, si forte illam aduersus pecuniam in iuditium deducere potius velint, tradit in specie Fontanella de pactis nupt. tom. 2. clausula 7. glos. 2. parte 8. num. 53. vbi vide.

Declara secundo, supra dicta circa rem 20 emptam ex pecunia Ecclesiæ procedere quantumcumque heres Clerici, seu beneficiarij administratoris, probare vellet ex propria ipsius pecunia emptam fuisse; adhuc enim Ecclesia & con-

è concursu rem vendicabit: nam Clericus, seu Prælatus, dum res Ecclesiæ administrant ab solutè interdicuntur, aliquid proprio nomine emere, ut probat text. in cap. 3. de peculio Clericorum cap. 1. & vlt. quest. 4. videlicet, ad evitandas fraudes, ut colligitur ex cap. inquirendum, eodem titulo, & nè forte ex pecunia Ecclesiæ, quam administrant, sibi, aut suis quidquam acquirant. Neque hoc mirum vide ri debet, cum hoc ipsum in tutoribus & cura toribus minorum sanctum sit, l. cum idse, C. de contrabenda empti. 4. tit. 11. libr. 5. recop. vbi Matieusus glof. 1. & illic Aſcuedus, Gu tierres de tutelis 2. part. cap. 15. ex num. 1. Bobadilla in politicalib. 3. cap. 8 num. 85. Flores de mena in addit. ad Gam. decis. 293. sic que ex sententia Canonum dicendum est, bona omnia qua Prælatus, seu Clericus acquirit, contemplatione, & nomine Ecclesiæ acquisita præsumi; que quidem præsumptio iuris & de iure est, aduersus quam non admittitur probatio in contrarium, l. u. diuo Pio, §. si pi gnora, ff. de re iud. glos. in l. vlt. verbo præ sumptionibus, ff. quod metus causa, Mascar dus de probat. concl. 1225. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 1. questione 60. num. 1. Cardinalius Tuscus littera P. conclus. 614. quam m uis alitee doctores velint, & aliter interpretentur text. in cap. 1. de peculio Clericorum, & in cap. cum in officijs, de testamentis, existimantes præsumptionem, de qua in prædictis iuribus, tantum iuris esse, aduersus quam probatio in contrarium admitti potest: qui quidem intellectus refellitur, per text. in dicto cap. 3. de peculio Clericorum, & in cap. 1. de testamentis, & per cap. 2. 12. quest. 5. quibus absolute sanctum est, omnia empta tempore administrationis ad Ecclesiam pertinere, quæ iura non simplicem præsumptionem, sed certam legem statuunt.

21 Declara tertio, prædictam prohibitionem emendi nomine proprio, & consequenter nostram resolutionem, procedere tantum, dum durat administratio, & per consequens in alijs simplicibus beneficiatijs, nec prædicta prohibicio datur, nec præsumptio, de qua supra, aduersus illos præualebit; nec credito res aduersus Ecclesiam, que rem eorum nomine emptam vendicare velit, iure suo & hypotheca super ea constituta arceri debent: atque ita Ecclesia in hac specie probare tenetur suæ intentionis fundamentum, videlicet, rem illam que vendicari prætenditur, nomine & ex pecunia ipsius emptam fuisse, ut probare vide tur dictum cap. cum in officijs de testamentis. Item quia casus iste remanet in dispositione iuris communis, quo inspecto, actore suam intentionem non probante res absoluetur, l. qui accusare, C. edend. l. 29. tit. 2. part. 3. Co war. 1. variar. cap. 1. num. 8. Surd. de ali mentis tit. 9. quest. 12. num. 7.

Declara quarto, vt etiamsi superior resolu tio procedat in rebus emptis ex pecunia Ecclesie, ut ipsi acquirantur, ut probatur in dicta l. 3. S. si ab ignoto, idque absque traditione,

vt deducitur ex textu in d. cap. cum in officijs. ( illic ) penas Ecclesiam præcipimus manere, de quo latè Sarmiento de redactibus Ecclesiasticis 3. part. cap. 2. à num. 5. alter se res habet in rebus comparatis ex fructibus beneficiorum, qui a dominium harum rerum saltem absque traditione, nec ecclesiæ acquiritur, nec consequenter ecclesia prædictio iure aduersus creditores in concursu tuenda erit, quia tunc ecclesia tantummodo habebit actionem personalem aduersus possessores, lex sive pecunia, C. rei vendicat. l. si patruus, C. communia utriusque iudicij, vbi Bald. num. 6. hoc ipsum in simili profitetur: sequuntur Gabriel conf. 26. num. 10. Gaualeanus decis. 44. num. 28. Barbosa in l. dsuortio in princ. num. 65. in 2. part. ff. solut. matrim.

Nec obstant verba supra relata ex dicto cap. cum in officijs. Quoniam illa verba non euincunt dominij translationem, sed solum preceptum, ut à Clerico relinquantur in ecclesia, & non transferantur in alios. quo etiam modo declaranda sunt verba text. in cap. relat. in secundo, de testament. ( illic ) Post acquirentis obitum remanere.

Nec etiam obstat argumentum adductum à Sarmiento d. loco num. 5. quo probare contendit, solum titulum legis sufficere, ut absque traditione dominium acquiratur ecclesiæ, ex priuilegio l. vlt. C. sacro sanctis ecclesijs, quo probatur ecclesiam habere actionem in rem ad vendicanda bona ei donata, aut vendita, absque traditione; quam sequitur Co war. lib. 1. var. cap. 14. num. 14 Cald. de extinct. emp. lib. cap. 6. num. 20. Atquè ita cum leges Canonica bona per ecclesiæ acquisita eis concedant, post obitum acquirentis, fit consequens illa à quibuscumque possessoribus, & consequent ab ecclesia vendicari posse.

Resondetur enim d. cap. cum in officijs, & similes, non procedere in rebus comparatis ex fructibus ecclesiæ, seu beneficiarij administratoris, quæ Clericus, seu beneficiarius viuens donavit, aut in alium transtulit quocumque titulo; quia hæc, nec à lege Canonica, nec ab homine ecclesiæ data sunt, prout de re empta ex pecunia dotali, quæ si in tertium transferatur, non effici dotalem, probant Bald. in dicta l. si cum servum, Barbosa num. 85. Gaito num. 1463. Neguerol. num. 31, ci tatis locis. In illis vero de quibus viuens non disposuit, proprio tamen nomine comparauit, dominium non transfertur absque traditione, quia iuste hereditario non succedit l. cum heredes, ff. de acquir. possess. Nec licet recede re à regulis iuris, quæ absque traditione negant dominij translationem, l. traditionibus, C. de pactis §. per traditionem, institutis de rerum divisione. Gomes tom. 1. var. cap. 4. num. 1. Pichardus in principium institutis de empt. & vendit. num. 24. Text. vero in d. l. vlt. non probat efficaciter verum dominium transferri in ecclesiam absque traditione, ex traditis per Castillum in l. 45. Tau. num. 35. Guillelmum Benedictum in cap. Rainutius,

verbo & uxorem, num. 553. quidquid ibi præfati doctores velint: sed tantum dari ei realem actionem, qæ aliquando datur eis qui domini non suat, vel ex speciali priuilegio, ut in d. l. vlt. vel ex æquitate, iuxta tex. in l. in rebus, G. de iure dot. iuncta t. doco, G. rei vend. Ideoque non sequitur, datur in rem actio, ergo dominus est: quia cum actio realis, aliquando utilis, aliquando directa sit, illa datur ei qui reuera dominus non est, ve prædicta iura probant; hæc verò domino; de qua intelligitur, & loquitur tex. in l. officium, & in l. in rem ff. de rei vend. Item utilis in rem actio, cum personali concurrit, vt probat d. l. vlt. & declarat Sarmiento ubi supra num. 9. Actio vero in rem directa, qæ verum supponit dominium, cum personali concurrere non potest, ea ratione, quia res, qæ in perfecto dominio alius est, alia ratione illi acquiri non potest, l. nemo, ff. de verborum obligat. l. suæ rei. ff. contrabenda. empt.

- l. cum res, l. si mater. C. endem tit. Surd. cons. 303. num. 56. Sesse decis. Aragonie 46. num. 23. Cardinalis Tusc. litera M. conclus.
22. Quibus vero placuerit in specie supraposita, dominium aliquod in ecclesiam transferri sine traditione, sicquæ ecclesiam aduersus creditores defendere, fateri oportebit imprærium esse dominium, & secundum quid; hoc est, secundum aliquem effectum, vt colligitur ex his quæ Ias. in d. l. nemo, num. 5. Sarmiento d. loco.

Tandem in materia prætermittendum non erit, quod emptum per thesaurarium, seu alium administratorem fisci suo nomine, ex pecunia fiscalis, ipsius fit, ita Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 12. num. 12. Hermosilla d. l. 49. glos. 7. num. 9. Seobar de ratiocinijs, cap. 14. num. 39. ac proinde fiscus pro ea re in concursa, dominij prælatione cuendas erit, iuxta supra resoluta.

## S V M M A R I A.

- 1 Si donatarius ingratus donanti extiterit, hypotheca medio tempore contracta evanescit, & res libera donanti restituitur.
- 2 Præmittuntur quatuor ingratitudinis causa, propter quas donatio reuocari potest.
- 3 Quæ atrox iniuria dicatur ostenditur.
- 4 Excitatur questio virum propter alias ingratitudinis causas præter expressas in l. vlti. G. reuocandis donationibus, & in l. 10. titulo 4. part. 5. donatio reuocari queat.
- 5 Si filius commiserit aliquam ingratitudinis causam præter quatuordecim à iure constitutas, si similes illis sint, rectè ex heredari potest.
- 6 Ideo dispositio dicta legis ultima potest extendi ad similem casum, qui ratio dispositionis ibidem inuenitur expressa.
- 7 Si ratio sit expressa in lege pænali, legitimè extendi potest.
- 8 Superior resolutio procedit in date extraneo data.
- 9 Contraria opinio ostenditur.
- 10 Controversia præcedens componitur.
- 11 Resolutio principalis adhuc ampliatur, quantumunque donans promiserit non reuocare donationem etiam propter ingratitudinem.
- 12 Extenditur etiam ampliatio ad maioratum quando aduersus institutorem ingratitudo committitur.
- 13 Intelligitur quo ad eum qui ingratitudinem commisit: secus quo ad ulteriores suc-

- ceffores.
- 14 Donatio ob causam ex ingratitudine non reuocatur.
- 15 Limitatur in filia, cui pater ob causam donis donationem contulit, si absquæ illius consensu matrimonium contraxit.
- 16 Donatio remuneratoria ex ingratitudine reuocari non potest.
- 17 Hac resolutio videtur intelligenda nisi donatio exceedat estimationem meritorum.
- 18 Quando donatio meritum excedere dicatur, ostenditur.
- 19 Nominatio emphiteusis ex ingratitudine non reuocatur.
- 20 Ratio precedentis resolutionis pungitur.
- 21 Idem procedit in locatione in perpetuum.
- 22 Idem in locatione decennijs, in qua utile dominium transfertur.
- 23 Idem procedit in locatione ad decennium, siue ad vitam donantis, suo conductoris.
- 24 Refertur sententia illorum, qui opinantur locationis contractum ab emphiteusi differre.
- 25 Disposita in emphiteusi, etiam si locatione ad longum tempus, data rationis identitate procedunt.
- 26 Questio supra tacta ad concursum creditorum applicatur.
- 27 Quæ de ingratitudine emphiteutæ dicta sunt, procedunt etiam in domino directo conceidente emphiteusim.
- 28 Fructus percepti ex re quæ in vitium ingratitudinis incidit, non reuocantur propter ingratitudinem donataris.
- 29 Intelligitur in fructibus ante ingratitudinem

- nem collectis, secus si postea fuerint collecti.
- 30 Licet res donata, per donatorem ob ingratitudinem reuocari queat, hereditibus tamen donantis hac reuocatio non permittitur.
- 31 Intelligitur quando donans in vita sciens ingratitudinem tacuit: secus si ignoraret, aut alias tacerit sperans reuocare.

Donatori, cui donatarius ingratius extitit, quando ad vendicandum rem donatam ab omni hypotheca liberam è concursu ius competit, praesens ampliatio comprehendit, ubi materia legis ultime, C. reuocandis donat. & in l. 10. tit. 4. part. 5. pluribus ampliacionibus, & intelligentijs ad propositum optime, & dilucide explicatur.

## AMPLIATIO NONA.



MPLIATVR nono regula superius praesixa, ut praeualeat, & habeat locum contra creditores, quibus proponitur hypothecares, quā donator è concursu propter ingratitudinem reuocare intendit: quia pignus evanescit, & res illa libere ei restituitur. Quæ resolutio ex sequentibus probatur, nam donatorem, rem donatam propter vitium ingratitudinis per donatarium commissæ reuocari posse, notissimi iuris est, ut probat text. in l. ultima, C. reuocandis donationibus, cui consonat: l. 10. tit. 4. part. 5. illustrant post classicos Clarus, in §. donatione quest. 21. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. part. capit. 10. per totum. Barbo sa 1. part. l. 2. in principio, ff. soluto matrimonio ex num. 135. & 7. part. l. 1. ff. eodem titulo ex num. 40. Pinellus 3. part. legis prima C. bonis maternis, ex numer. 60. Egidius in l. ex hoc iure, 2. part. capit. 13. clausula 15. Molina de iustitia & iure disput. 281. Cald. de renonciatione emphiteussis, quest. 7. num. 19. & de potestate eligendi cap. 17. ex num. 58. Couarr. 1. variarum capit. 11. num. 8. Gama decisione 163. latè Mantica de tacitis & ambiguis conventionibus, lib. 13. tit. 41. Molina de primogenijs lib. 1. cap. 9. Menochius de presumptionib. lib. 5. presumptio ne 4. Aseued. in l. 2. tit. 1. lib. 1. noua compilat. ex num. 1. Gom. tomo 2. variarum cap. 4. ex num. 14. Antonius Faber titulo de donationibus reuocandis, diffinitione 1. Surdus

de alimentis tit. 1, quest. 48. Gregorius Lopez in d. l. 10. glos. verbo la donacion. vbi dicit, quod reuocatio ista ipso iure inducitur:

Deinde nè dum prædictæ reuocationi locus fit, propter vitium ingratitudinis, sed etiam hypotheca, seu onus rei medio tempore impositum evanescit, vt in specie post Albericum in l. his solis, C. reuocandis donationibus. probat ibidem Ripa quest. 42. Pinellus in l. 2. part. 2. G. rescindenda vendit. cap. 3. num. 19. vbi defendens Ripam ab impugnationibus Molinei in consuetudinibus Paris. §. 12. qui in hoc lapsu fuisse contendit, hanc partem sequitur, & pro eadem sententia citat Tiraquolum in l. si unquam, C. eodem titulo, verbo revertatur num. 172. Statis. Pacific. de salui. interd. inspec. 5. cap. 1. num. 115. Mosis in tit. de donat. cap. quomodo annullat. donatio num 61, & 62. Hermosilla in l. fin. tit. 5. partita 5. glos. 1. num. 22. quidquid contrarium tenuerit Sarmiento, cui satisfaciūt Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 11. tit. 31 num. 77. Hermosilla dicto loco, ex quibus sat probatur ampliatio superius posita.

Causas autem ad reuocandam huiusmodi donationem propter vitium ingratitudinis, quod ventus dicitur vrens obstruens fontem diuinæ gratiæ super homines, vt ex Agustino tradit Palatius in rubrica, §. 78. numer. 18, quinque memorat dicta lex ultima, quatuor verò, dicta l. 10. vbi sic ait: La primera es, quando aquel que recibe el donadio, es desconociente contra aquel que ge lo faze, faziendole grande desbonra de palabra, o acusandole de algun yerro, porque huviessse de recibir muer te, o perder algun miembro, o cayesse en enfamamiento; o perdiessse la mayor partida de lo suyo, si le fuesses probado: èà como quier que otro alguno pueda dezir contra la persona del que faze el donadio, non le puede dezir ni debe el nome que recibe algo del. La segunda es, faciendole tuerto de fecho, metendo manos y randas en el. La tercera es, faciendo grande daño a sus cosas. La quarta es, si se trabaja en alguna manera de su muerte.

Circa primam causam, de qua in dicta l. 10. notabis, quod iniuria de qua ibi mentio fit, atrox esse debet, quæ autem ista dicitur vide Claram in §. iniuria ex numero 1. Menoch. de arbitriis casu 263. Molinam de iustitia, & iure dicta disput. 281. versiculo, prima est. vbi resoluunt, qualitatem iniuriæ relinquendam esse arbitrio iudicis, qui hoc estimabit inspectis circumstantijs qualitatis eius, cui dicuntur: veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, loci, vt si in iuditio, aut foro coram multis, aut paucis sit facta, Parladorus lib. 1. quotid. cap. fin Gutierrez consilio 24. num. 14. Hermosilla in l. 10. tit. 4. part. 5. glos. 2. num. 1. Peres in l. 27. glos. verbo palabra, tit. 19. lib. 8. ord. Ad hanc etiam primam causam spectat delatio criminis, vt ibidem habetur, acusandole. Circa quæ aduertes, quod si donatarius do-

nan-